dia arma ruamus: & moriamur. Præterea quẽadmodũ elemẽtoꝝ alia ſunt uocalia: quę
ꝑ ſe uocẽ perficiũt: alia conſonantia: quæ ſine uocalibus ꝑficere uocẽ nequeunt: Sic etiã
in dictionibus aĩaduertimus quaſdã ad ſimilitudinẽ uocaliũ ꝑ ſe eſſe dicendas: ut ĩ uer
bis maxime ĩperatiuis uel nominibus uel pronoĩbus ſæpe uocatiuis: uel aduerbiis quæ
adiiciunt̃ antecedẽtibus actionibus uel orõnibus cũ clamamus bene recte diſcrete: ad
illos qui opportune aliquid agũt uel dicũt. Alię uero dictiones ſunt quæ ad ſimilitudi-
nẽ conſonantiũ ſine adiumẽto aliarũ partiũ orõnis: quæ imitantur in hoc uocales ad ꝑ-
fectionẽ ſenſus nõ poſſunt proferri: ut præpoſitiones & coniunctiones. Hæ & enĩ ſem-
per conſignificãt. i. coniunctæ aliis ſignificãt: per ſe autẽ non. Itaq; uariatur eaꝝ ſignifi
catio ad uim coniũctaꝝ eis: ut ĩ aliud ſignificat cũ accuſatiuo iungit̃: & aliud cũ ablati
uo in urbẽ: & in urbe: ad locũ & in loco. Cõiunctinoes quoq; copulatiue & diſiunctiuę
eſſe dignoſcuntur ab aliis partibus oratiõis: quæ eis ſociant̃: ut uel aut nõ ſolũ diſiũcti
uæ ſed etiã copulatiuæ reperiunt̃. ut Teren. in eunu. Vel rex ſemꝑ maximas mihi gra-
tias agebat quicquid fecerã aliis nõ idẽ pro & rex. Vir. in. iiii. ænei. Aut ante ora deũ pi-
guis ſpaciatur ad aras: aut ꝓ &. Quæ etiã non ſolũ copulatiua ſed etiã diſiunctiua ĩ-
uenitur: ut Vir. in. ii. ænei. Aut pelago danauũ ĩſidias ſuſpectaq; dona Præcipitare iu-
bet ſubiectiſq; urere flãmis: q; poſuit pro uel. Necnõ etiam alie pro aliis partibus acci-
piuntur: neq; id aliter poſſumus ſcire: niſi ex adiunctis: ut per: ſi uerbo apponatur: pro
ualde accipitur. i. in loco aduerbii: ẽt ſi nomini coniungatur ſub eadẽ intentionis ſigni-
ficatione. ut Terẽ. ĩ eunu. Perpulcra credo dona haud noſtriſ ſimilia. Atq; & ac quoq; ſi
aduerbio aliter uel ſecus uel ſimilibus ſubiungantur: uim aduerbii obtinent. ut Vir. in
iiii. ænei. Haud ſecus ac iuſſi faciũt: ꝓ q̃ iuſſi: & Horrẽdũ clamat ꝓ horrẽde nomẽ po
ſuit ꝓ aduerbio. Sublime uolat ꝓ ſublimiter. Solet quæri cã ordinis elemẽtorũ: quare
a ante b & cætera. Sic etiã de ordiatiõe caſuũ & geneꝝ & tꝑoꝝ & ipſaꝝ partiũ oratiõis
ſolet quæri. Reſtat igit̃ de ſupradictis tractare: & primo de ordinatiõe ꝑtiũ orõnis: q̃-
uis quidã ſuæ ſolatiũ ĩperitiæ quærẽtes aiũt nõ oportere de huiuſcemodi rebus quærere
ſuſpicãtes fortuitas eſſe ordinationũ poſitiões. Sed quãtũ ad eoꝝ opinionẽ euẽit gene
raliter nihil ꝑ ordinationẽ accipi: nec cõtra ordinationẽ peccari. Quod exiſtimare peni
tus ſtultũ ẽ. Si aũt ĩ q̷buſdã cõcedẽt eſſe ordinationẽ neceſſe ẽ etiã ĩ oĩbus eã cõcedere.
Sicut igit̃ apta ordinatiõe ꝑfecta reddit̃ orõ: Sic ordinatione apta traditæ ſũt a doctiſ
ſimis artiũ ſcriptoribus partes orõnis. cum primo loco nomen: ſecundo uerbum po-
ſuerũt. Quippe cum nulla oratio ſine his compleatur: quod licet oſtẽdere a conſtructi
one: quæ cõtinet pene oẽs ꝑtes orõnis. A qua ſi tollã nomẽ aut uerbũ ĩperfecta fit orõ.
Sin auem cętera ſubtrahas omnia: non neceſſe eſt orationem deficere: ut ſi dicas. Idem
homo lapſus heu hodie concidit: en omnes inſunt partes orationis aſq; coniunctione.
quæ ſi addat̃ aliã orationẽ exigit. Ergo ſi tollas nomẽ aut uerbum deficit oratio deſyde

rans uel nomen uel uerbum ut si dicam. Idem lapsus heu hodie concidit. Sin subtrahas
aduerbium non oío deficit oratio: ut idem hõ lapsus heu concidit. Necnõ etiã pticipiũ
si adimas: neq; sic deficiet oratio: ut idẽ homo heu hodie cõcidit. Nec si præpositionẽ &
interiectionẽ: ut idẽ homo cecidit: nec si etiã ꝓnomẽ: ut hõ cõcidit. Nõ tamẽ dico ꝙ nõ
etiã ex ꝓnoĩe & uerbo cõstat pfecta orõ: cũ dicimus. Ego ãbulo tu ambulas. Tunc. n.
cõstat pfectõ orõnis cũ loco noĩs sumat ꝓnomẽ & ui noĩs cõpleat ordinatiõe. Quãdo
aũt loco noĩs p se ponit: & quando nõ in partibus ostẽdet cõsequentibus: & quæ uerba
ad noĩatiuos cõiunguntur solos: & quæ obliquos desyderãt casus. Ante uerbum quoq;
necessario ponit nomẽ: quia agere & pati substãtię ꝓpriũ est: ĩ qua est positio nominũ
ex quibus proprietas uerbi. i. actio & passio nascit. Inest igr intellectu noĩatiuus ĩ ipsis
uerbis: sine quo sustãtia significari nõ poterat. In prima quidẽ psona & scda diffinitus:
in tertia uero quia ĩnumerabiles sunt psonæ tertiæ infinitus: nisi excepta fiat actio: sicut
fulminat tonat pluit. Ea enĩ q̃uis nõ addamus nomẽ diffinita esse uident cũ ad solũ pti
neãt Iouẽ. Optinuit itaq; usus ut eius. i. uerbi nominatione: alię quoq; partes uerba uo
cent: uel ex cõtrario illaꝝ cõem noĩationẽ p excellẽtiã hęc ps q̃si egregia ꝓpriã possedit
nõ irrationabiliter tamẽ illud quærit quare post noĩs positionẽ nõ eã ptẽ q̃ ꝓnoĩe ipso
accipit ponimus. i. ꝓnomẽ quæ uice noĩs cũ uerbo cõtinet orõnẽ de quo manifesta pro
batio erit hæc: ꝙ uerboꝝ quoq; cã ĩuẽta st ꝓnoĩa. Noĩa. n. tertiaꝝ st psonaꝝ indicati-
ua. i. tertias ĩdicãt psonas q̃ppe q̃ noĩa substãtiã & q̃litatẽ uel generalẽ uel ꝓpriã signi
ficantia. Similiter in oĩbus possunt intelligi psonis inesse. Omnis. n. psona & generalis
& specialis capax ẽ & substantiæ & qualitatis. Põt. n. hõ esse & qui loquit: & ad quẽ loq
tur & de quo aliquis loquit. Et Cicero dici qui loquit: & ad quẽ loquit: & de quo aliqs
loquit: Itaq; quia cõfusio infinitam faciebat psonã: cõcessit ad sibi aptam: idest tertiam
Vnde uerboꝝ quoq; tertiæ psonæ ĩfinitæ st. Nã prima & scda & præsẽtes st tãtũ & de
mõstratiuæ sẽp & figuratæ assumũt noĩa: ut Vir. ego: sicut & ille ego. Possumus tamẽ
ẽt illud dicere: quoniã eoꝝ. i. noĩum positiões cũ fiũt neq; ĩ psona ĩdicatiua st. i. loquẽ-
tis. qđ ẽ suũ primæ psonæ. Neq;. n. sibi ĩponũt ĩfantes noĩa: neq; ad ipsos ꝓnũciantes
noĩatiões facimus: qđ est scdæ psonæ: ergo tertiæ st noĩa psonæ. Verba aũt ĩ tribus erãt
psonis Iõq; excogitabãt ꝓnoĩa ĩ psonas diffinitas discreta: ut & noĩs positionẽ & uerbi
ordinationẽ. i. substãtiã & diffinitas psonas indicarẽt: ut ego scribo tu scribis. Et substã
tiã enĩ significat loco noĩs positũ pro nomẽ: & psona uerbo sibi adiuncto cõgruã ĩdicat
Itaq; nihil prohibet in tertia dicere Aristarchus legit. Quippe cũ duæ tertiæ cõiũgũt p
sonę nõ tamẽ ideo tertię ꝓnoĩum psonę supuacuę sunt: q̃a possumus ĩ tertia psona uer
bi ponere noĩa. Quare autẽ in tertiis psonis ĩueniant pronoĩa in ptibus ostẽdet cõue
niẽtibus. Ergo si supradicta ratio uera est: manifestum est ꝙ iure præponit uerbũ pro-
nomini quod uerbi quoq; cã excogitatũ est. Sed quod est maius: uerba psonarũ quæ p
noĩatiuũ ĩtelligũtur etiã si sunt indicatiua absolute accipiũt. Qui enim pronũtiat am
bulo uel scribo nõ ad discretionẽ alterius psonæ diffinit: ꝓnoĩa uero noĩatiui primæ &
secũdę psonæ ad discretionẽ alterius psonę excogitata sunt: ut si dicã ego scribo tu legis
uel ego & tu scribimus: ille legit: tu & ille scribitis: ego lego. Et si dicã ego & tu legimus
nihil adens ad cæteras oẽs psonas discernit. Nisi. n. discernere aliã psonã uelimus nõ ẽ
opus nominatiui casus pronomina adder uerbo. Obliqui enim casus pronominũ apđ
latinos absoluti sunt omnes: Nã græci cõpositũ ἐμαυτοῦ adsolute dicunt ἐμοῦ αὐτοῦ ue

ro discretiue. Similiter alios casus obliquos. Absoluti aũt dicũt̃ quibus licet & sine di-
scretione aliaꝝ uti ꝑsonarũ & cũ discretione. Sine discretione: ut da mihi panem & hoc
nullã discretionẽ hẽt alicuius ꝑsonæ. Sin aũt dicã: da mihi panẽ: illi aũt uinũ discretio-
nẽ feci: in quo noĩatiuus maxiæ ualet cũ addit̃ uerbo: ut ego facio hoc: tu facis illud: cũ
enĩ ꝑ se facio primã ꝑsonã ostendat: & habeat in se uim noĩatiui absolutã: tamẽ additio
ꝓnoĩs discretionẽ aliquã desyderat alterius personę: ut ego lego tu scribis. Terẽ. in an-
dria. Vos istæc intro auferte. Sosia adesdum. Idem in adel: Ego ibo intro: ut quę opus
sunt parẽtur: tu fac ut dixi. Tamẽ etiã adiũctionẽ alterius recipit ut ostẽdimus ꝑsonæ:
ut ego & tu facimus. Participiũ etiã post uerbũ ponitur opportune: ex quo & nascit̃: si
cut de uerbo tractãtes ostẽdimus: ꝙ necessario trãslatiões uerborũ fiebãt etiã in casua-
les figuras cũ generibus: quæ eis accidũt: cũ uerba nõ possent consequẽtiã sui præsenta
re: ut etiã ꝑ obliquos casus adiũgi possint & sine cõiunctione cõsociari: ut me legẽte ꝓ-
ficio: & legẽs proficio pro lego & proficio. Manifestũ est autẽ ꝙ ipsius quoq; positõ no
minationis: qua ꝑticipiũ noĩatũ est: non bene seruaretur: nisi post nomẽ & uerbũ pone
retur participiũ. cũ ex eis utrisq; ꝑ cõformationẽ pendẽs ea pars accipiebat̃. Quomo-
do post masculinũ & post fœinũ eorũ abnegatiuũ neutꝝ. Nisi. n. pręposẽitarũ partium
patiamur priorẽ positionẽ: reliquũ est ut nec participiũ uocare possimus: neq; etiã neu
trũ: quoniã duorũ pręposẽitoꝝ generũ sit abnegatiuũ. Participiũ quoq; necesse est ex q̃
busdã pręposẽitis partẽ capiẽs cõstare: Sed neq; aliã recte interponimus partẽ: idest ꝓ-
nomẽ uel aduerbiũ uel cõiũctionẽ uel aliã aliquã cũ nullã ex eaꝝ proprietate partẽ ca-
piat participiũ. Post participiũ græci articulũ ponũt quẽ nos sicut in ꝓnoĩe ostẽdimus
nõ habemus. Nã idẽ quod significat ὁ αὐτοσ & qui ὅστισ quis uideant̃ quãtũ ad inter-
prætationes: & pręposẽitiuos & subiuntiuos habere articulos: tamen sicut latius docui-
mus: cum de pronomine tractabamus non sunt articuli: hic uero & hæc & hoc indubi
tanter pronomina sunt: quæ nisi indeclinatiõe nominũ a grãmaticis loco articulorum
non recipiuntur: nec mirum eum apud græcos quoq; inueniant̃ loco pronominũ posi
ti: ut apud Homerũo γαρή λοὲ ὁδασ ἐπίηασ ἀχαιὸὶ: pro οὗτοσ γαρ. ꝙ autẽ post participi
um pronomen sequi debet: non est questio cum pene post nomen debet poni: nisi pro-
pter supradictas causas. Apparet autem etiã ꝙ præpositio non primã habens positio-
nem neq; antiquiorem aliis dictionibus post supradictas bene ponitur. Vnde neq; no-
minationem a propria aliqua significatione accepit. Sed quia supradictis præponitur
partibus que si non ante sint neque ea constar̃ posset: quod etiam de participio dicimus
Ex quibus etiã ordinationem accepit: scilicet cum modo per appositionem: modo per
compositionem præponitur ante dictis partibus: Ergo natura quidem posterior ẽ: cõ-
structione uero principalis. Aduerbium quoq; quod uerbi est ui adiectiuum positio. i.
nominatio quoq; eius ostendit. Quomodo igitur in secundo loco uerbum post no-
men est sic etiam aduerbium in secundo loco post præpositionem bene ponitur: quæ ꝑ
appositionem dictionis uim sibi defendẽs præponitur nominibus: uel aliis casualibus
Cõposita enim uim dictionis non habet concidens in eam partem cui adiungitur. Post
supradicta uero omnia cõiunctio iure accipitur: cum nullum posset ꝑ se significare sen-
sum absq; suprapositarũ dictionũ materia: quomodo corporum quoq; uincula iutilia
sunt: si non sint corpora: quæ ab eis uitiantur. Possumus autem & amplioribus rationi
bus de ordinatione partium demonstrare: sed quia non de ea præpositum nobis est: suf

ficiat hucúsq; dicere. Illud etiã primũ quærendũ est anteq̃ de cõstructione singularium
orationis partium tractemus: Quare interrogatiua dictionũ in duas partes orationis
solas cõcesserunt: idest in nomẽ & aduerbiũ. Et quare non in unũ nomen: & unũ aduer
biũ: sed in ampliora: ut quis qualis uter quãtus quot quotus quotẽnis cuius cuias: qua
liter: quãtũ: quo qua ubi unde quotiẽs quando. An hæc etiã est approbatio principales
duas partes orationis esse nomẽ & uerbũ: quæ quãdo in noticia non sunt habẽt de se in
terrogationẽ frequẽter accipiẽdã. Inueniunť autẽ in pluribus sicut ostendimus: & noi-
bus & aduerbiis propter rationẽ huiuscemodi: quod in his solis dubitatio põt fieri sub-
stãtiæ uel qualitatis uel quãtitatis. Nã substantiã alicuius suppositi quærẽtes dicimus
quis mouetur? quis ambulat? quis loquiť? cũ manifestus sit actus idest motus uel am-
bulatio uel loquela: persona uero agẽs incerta: ideo subiectiones nominatiuæ sunt ap-
pellatiuorũ uel propriorum propriis nominibus manifestãtibus etiã generalẽ substan
tiam: respõdemus. n. uel homo ambulat: uel equus uel trypho: in quo etiã homo intelli
gitur: uel etiã pars subiicitur. quæ pro nomine accipitur ꝓprio. i. pronomẽ: quoniã di-
cimus ego. Et quia incerta erant accidẽtia præpositis noibus (ipsum enĩ per se quis iter
rogatiuũ nomẽ substãtiã solã quærebat: cui accidebat quale & quantũ) excogitabatur
etiã de his interrogatio: cũ qualitatẽ quærentes dicimus qualis. Quantitatẽ uero quan
tus. Numerũ uero quot & quotus & quotẽnis. Et per deriuationẽ quæ apud grȩcos nõ
est. Possessiuũ cuius cuia cuiũ. Gentile quȩrentes cuias: cuius Noĩatiuũ etiã cuiatis cõ-
muni genere proferebãt antiqui. Plautus in penulo: quis sit cuiatis: unde sit: ne parseris
quid est? cuiates estis? aut quo ex oppido? Idẽ in menehmis. Rogitant cuiatis sit: ergo
si prænosciť quid sit: idest si de substãtia sciamus: & qualitatẽ quærimus: tunc supradi
ctis utẽdum est: utputa: quis legit? trypho. Qualis? sapiẽs: doctus nel utrum grãma
ticus an orator? & in omnibus quærẽdis: quæ possunt accidere ꝑ adiectiuã significatio-
nẽ eis: quæ ad interrogationẽ quis referunť noibus. Est tamẽ cũ & substãtia: & etiã qua
litate in ore posita: & aliis coaccidentibus additur interrogatio pertinẽs ad proprietatẽ
nominis: ut si dicã. Quis est ille romanus formosus et magnus. Possum enim uidẽs ali
quem scire eius & substantiã & gentem: & qualitatẽ & quãtitatem. Proprietatẽ uero so
lam quærere. ꝙ ostendit Virgilius in sexto. Atq; hic æneas (una nanq; ire uidebat Egre-
gium forma iuuenem & fulgentibus armis: Sed frons læta parũ: & deiecto lumine uul
tu) Quis pater ille uirum qui sic comitatur euntem? Et substantiam enim & qualitatem
uidens & quantitatem: tamen proprietatem quærens quis dixit. Aduerbia quoq; referũ
tur ad ignotos uerbi affectus: uel per qualitates: ut cũ dicimus qualiter legit: redentesq;
ei aduerbium: quod adiectiui uice fungitur uerbo respondemus bene rhetorice sapien-
ter. Sin autem nõ qualitatem quærimus: sed tempus in quo actum est aliquid: dicimus
quando: eiq; iterum redditur heri nuper pridem. Vel locum in quo aliquid geritur: ubi
quo qua unde. Sed ubi in loco: quo ad locum: qua ꝑ locum unde de loco significat. Vi-
demur tamen etiam substantiam ipsius actus quærentes dicere quid agit? cui respende
tur nil: uel currit: uel loquitur. Quomodo & quantitatem quȩrentes dicimus quãtum
currrit? multum uel parum. Causam quoq; quærentes interrogatiuis utimur cur quare
Numerum etiam: ut quotiens: ad quod ex omnibus numeris aduerbia reddi possunt:
ut ter quater & reliqua. Præterea totiens & multotiens: & sæpe sæpius sæpissime: quæ
sunt infinita. Quamobrem igitur præpositiuȩ partes idest interrogatiuæ uel nominati

uæ fiũt uel aduerbiales: oſtẽdimus: quarũ de cõſtructione in ſequẽtibus demonſtrabit᷑.
Ergo qa reliquæ etiã partes orõnis ad nois & uerbi cõſtructionẽ referũtur ex qbus etiã noiationẽ habuerũt oportet de ſingulis tractare: ideſt de eo quod ĩ loco nois ſumit᷑ uel aſſumit᷑: ut ꝓnomẽ loco nois: ut ego feci. Aſſumit᷑ noi: ut Virgilius ſcripſit bucolica: ipſe ſcripſit georgica. Et de eo qd aſſumit᷑: ut aduerbiũ uerbo & cõiũctio uerbo & noi: Et præterea de participio qd loco uerborũ ſumit᷑: & cũ uerbis aſſumitur. Sed quoniam Apollonius de cõſtructione. ideſt περὶ συντάξεως ſcribẽs ſub articulis q noibus adhærẽt cœpit. Nos quoq; ab eis quæ loco articulorũ ſumi poſſunt apud nos ĩcipiamus. Articulus ſecundã notitiã ſuppoſitorũ demõſtrat. Si. n. dicã ἄνθρωπος ἦλθεν primã notitiã etiã oſtendo. Sin ὁ ἄνθρωπος ἦλθεν noticiã ſecundã. Deficit autẽ præpoſitiuus articulus lĩgua etiã latina. Nã ꝓnomẽ quod grãmatici ĩ declinatione noium loco præpoſitiui ut dictũ eſt ponunt articuli: nũq̃ etiã ĩ oratione ſenſum articuli habet unũ ſolũ ꝓnomẽ cõpoſitũ iuenit᷑ apud nos idẽ: quod ſecũdã noticiã eiuſdẽ pſonę ſignificat cuius ĩterpręta tio apud græcos cũ præpoſitiuo articulo relatiuũ pronomẽ habet ὁ αὐτός. Et apd illos qdem duæ ptes orationis ſunt ὁ αὐτός ὁ quod ẽ articulus præpoſitiuus: & αὐτός: quod eſt ꝓnomẽ relatiuũ. Apud nos uero una ps eſt cõpoſita ab is & demũ p apocopenium: Quomodo exin pro exinde & dein pro deĩde. Qui uero quod ĩterpręt᷑ ὅστις: quod ẽ ſubiũctiuus articulus cũ noĩe ĩfinito apud illos: Apud nos uero una pars eſt ſimplex quæ relatiua eſt τοῦ Q uis infiniti uel ĩterrogatiui: poteſt ſubiũctiui loco articuli ὅς accipi: quomodo & græci τὸ ὅστις frequentiſſime ponunt loco ὅς articuli ſubiunctiui niſi ĩ diuidendis. In illis enim nec nos q: nec illi ὅστις referũt. Sed illi articulis ſubiũctiuis utuntur. nos uero pronoibus uel noibus utimur: ut τῶν ἀνθρώπων οἱ μέν εἰσιν ἀγαθοί οἱ δὲ πονηροί. nos dicimus hoĩum hi ſunt boni: illi mali: uel alii ſunt boni alii mali. Τοῖν δύο ἦν αἰάντοιν ὁ μὲν τελαμῶνος ὁ δὲ οἰλέως υἱὸς ἐγένετο: duorũ aiacum alter Thelamonis: alter Oilei filius fuit: uel hic Thelamonis: ille oilei filius fuit. Et ſciendũ qd in huiuſce cõſtructione diuiduorum ſi per præſumptionẽ: ideſt πρόληψιν prępomitur plurale uerbũ ad utrumq; ſequens licet noiatiuũ anteferre: ut aqlæ deuolauerunt hęc ab oriẽte: illa ab occidente. Sin ad ea quæ diuidunt᷑ ſingulariter uerba conſequantur genitiuum oportebit prępomi pluralẽ diuidendo: ut aquilarum altera deuolauit ab oriente: altera ab occidente. Nec mirum hoc fieri cum uerbum ſiue præpoſitum: ſiue conſequens iure exigat ſibi nominatiuum. Itaq; ſi & quod diuiditur & illa ĩ quę diuiditur: uolumus p obliquos caſus proferre: neceſſe eſt participio uti: quod loco uerbi accipitur obliquis adiungẽdum & tranſitionem facere: ut aquilarum uolãtium: alterius ab oriente: alterius ab occidente ſimilis eſt celeritas. Vel per datiuum. Aquilis uolantibus huic oriens: illi relinquitur occidens. Et per accuſatiuum. Aquilas uolantes hanc miſit oriẽs: illã occidẽs. Auctoritas tamen ueterum eſt quando pro genitiuo plurali noĩatiuum præponit. quanuis ad ſequentes res: ideſt diuiſas ſingulariter uerba redduntur: ut Homerus νεστορίδαι δ᾽ ὁ μὲν οὔτασεν ἀτύμνιον ὀξέϊ δουρὶ ἀντίλοχος λαπαρήν δὲ διήλασε χάλκεον ἔγχος. Cum ars exigeret genitiuum dicere ideſt νεστορίδων δ᾽ ὁ μέν: pro eo noĩatiuo ẽ uſus & ἀμφότεροι δ᾽ ὁ μὲν ὧν γέραιότερος εἰ ἐν δ᾽ ὁ νεώτερος. Similiter ſi quis dicat Duo fratres alter maior alter minor eſt: uiciũ facit. Debet enĩ dicere: duorũ fratrũ alter maior eſt: alter minor: & duorũ oculorũ alter dexter alter ſiniſter eſt. Liuius etiam in. xli. Periti religionum: iuriſq; publici: quando duo ordinarii conſules eius anni alter morbo alter ferro periiſſent ſuffectum conſu-

lem negabant recte habere posse: Sed interest etiam hoc inter hos. Articulum subiūcti uū & q: quoniam apud illos ὅσ etiam loco pronoīs accipit̄ demonstratiui οὗτόσ: quod significat apud nos hic ἀόριστον quoq; hoc idest τόσοσ nominant ἀόριστον: idest infinitā particulam quando pro ὅστισ accipitur: quod proprie est apud nos q: ut q īterficiat tyrannū: præmiū accipiat. Et necesse est eādē hanc esse partem orōnis quā qs etiam cū obliq ī oībus similes sunt eorum casus asq; accentibus. Et q quidē pro quis īfinito uel īterrogatiuo accipit̄: qs uero pro relatiuo nunq̄. quomodo ergo qualis & quātus: siue īterrogatiua sint: siue īfinita siue relatiua: q̄uis mutent accentus: nō sunt diuersæ partes: sic neq; supradicta. Sed latius de eo℞ potestate cū de pronoīe scribebāus tractauimus. hoc idem idest q quotiēs subiūgitur noī: quomodo apud græcos necesse est nō solum ad nomen præpositū: sed etiā ad id subiūctiuum alterū uerbū ꝓferri: ut Virū cano q uenit. Sin noīatiuo noīatiuus adiūgitur: ad eandē personam uerba referūt̄: ut homo uenit q scripsit. Sin duo obliq sunt ad aliam personā transitio fit uerborū uel ī se reciprocant̄: ut hominē quē uitupero accuso: & memet quem uitupero accuso. Sin autē alterū sit nominatiui: alte℞ uero obliqui ad noīatiuū non fit transitō uerbi ab alia persona ad aliam Ad obliquū uero fit: ut homo uenit quē accuso: uel hoīs q uenit misereor: Oīa tamen q̄ intransitione fiūt: possunt etiā ī reciprocatione fieri: quomodo qui: & eius obliqui omnes ad noīatiuos oīum casualiū bene referuntur: ut Virgilius q scripsit: Virgilius cuius scripta extant: Virgilius cui gloria contingit: Virgilius quē laudant: Virgilii quo docēte bene proficitur. Sic ex contrario noīatiuo eius omnes aliorū casus bene adiungūtur: ut q scripsit bucolica Virgilius poeta magnus fuit q scripsit æneida Virgilii sunt georgica q scripsit æneida: Virgilio gloria contingit q scripsit æneida: Virgiliū laudo q scripsit æneida: Virgilii uiuis memoria qui scripsit æneida: Virgilio florent studia. Licet autem & præpostere hæc dicere. Sciendū tamen ꝙ per eclipsim aliorum casualiū hęc sæpe īueniūntur relatiua: ut Terentius in andria.. Ita tū discedo ab illo ut q se filiā neget datu℞: deest enī ab eo q neget: & uenit cuius causa est: deest iste: & exigit cui debeo: & minatur quē timeo & floret quo ualeo. In oībus enī subaudiendus est noīatiuus. Nam uocatiuū relatiua non habent. Qualis quoq; & q̄tus & quot relatiua p defectiōem talis & tantus & tot frequenter īueniūtur: nec mirum relatiuis positis quæ secundā cognitionē significant etiā antecedentia: uel redditiua posse ītelligi: licet nō sint dicta ut qualis Homerus fuit Virgilius. Virg. ī secundo æneid. Milia quot magnis nunq̄ uenere mycænis: Hora. ī epodo. Senē quidē omnes rideant adulte℞ nardo perunctū qualem nunq̄ perfectius meæ laborauerūt manus: pro tale quali nunq̄ perfectius. Et nota figurā ꝙ pro nominatiuo uel accusatiuo uel ablatiuo solū posuit noīatiuū. Quomodo & Teren. ut supradictū est ī andria. Ita tū discedo: ut q se filiā ne neget daturum. Hora. ī primo sermonū. Occurrūt aīæ quales neq; candidiores Terra tulit: pro tales aīæ q̄libus candiores neq; terra tulit. Relatiua autē nisi sint posita: ītelligi minime possunt nisi ī demōstratione. tunc enī & sine relatiuis possumus redditiua proferre: ut si ostēdentes Virgiliū dicamus: talis fuit Homerus: uel Thesea demōstrātes dicamus tātus fuit Hercules huic nomini. i. qs: quod est īterrogatiuum uel īfinitum redditur q relatium ut quis scripsit bucolica? q etiam georgica. Hoc tantum idem qs īterrogatiuum proprio noī adiungitur cum uerbis substantiuis uel uocatiuis similem uim habentibus & pronomen etiam redditur huic. Quis est trypho uel qs nominatur trypho ego uel tu uel ille: uel econtra

rio cū pronoīe adiunctū quis desyderat sibi reddi. Quis est ille uel quis uocatur? Achilles & manifestū est ex hoc quoq; qd quādo noī adiungit̄ substantiam diffinitā i aliq̄ certa persona quærimus suppositi. Hanc enī solam ostendūt pronoīa: quorum demōstratio sibi quoq; accidētia consignificant: Vnde ad omne suppositū pertinet. Quando uero pronoībus iungitur qs substantiam quidem ītelligimus: non etiam proprietatē qualitatis: quæ noīe explanatur. Et est manifestū q̄ loco propriorū noīum pronoīa accipiunt̄: cū ex eorum īterrogatiōe propria ītelligūt̄. Cū. n. dico qs es tu uel ille sine dubio de quibusdā finitis hoc dico sustantiis ī quibus etiā proprietates desydero scir̄. & cum a ꝓpriis quoq; ꝓnoīatiuæ redditiōes fiūt: ut qs ē trypho? ego uel ille. Cū aūt p se qs pōīt̄ īterrogatiuū pōt uerbo cuicūq; adiūgi: ut qs ābulat qs loqt̄? qs legit? Etsi ꝓnomē reddit̄: nō eget altera īterrogatiōe. Si uero nomē potius eget altera īterrogatione propter multorū similitudinē noīum: ut qs currit? Aiax: qs aiax? Thelāonius uel locrius. Qui uero dicit qualis homo uicit de hoīs qualitate adiectiua dubitat: cum substantiam atq; actū cognouerit. Qui autē dicit: quis homo uicit? generalem qdem scit substātiam: & qualitatem personæ: specialem autem desyderat: quæ proprio redditur noī: ut quis homo uicit Pompeiū? Cæsar. Cum uero dico qd est aīal rationale mortale? speciē mihi uolo manifestari. i. hoīem quæ q̄uis uideatur esse coīs hoīum oīum: tamen est etiam propria ipsius speciei īcorporalis. Qui uero īterrogat qualiter homo uicit: de hoīe non dubitat: sed de modo actus. & noī qdem tam substantiua q̄ uocatiua adiunguntur uerba Pronoī uero tantum substantiua: quia ī his quæ noīantur inest substantiuū: ut trypho sum uel trypho uocor: non tamen substantiuis quę sunt pronoīa inest ꝓpria positio nominū: idest uerba uocatiua. Nemo. n. dicit Ego noīor: uel tu uocaris: uel ille nuncupatur ad pronomē referēs uerba: quomodo Trypho noīor: uel Cicero uocaris: Virgilius nūcupatur bene dicimus. Nec mirū diuersæ potestatis uerba diuersis cōuenire constructionibus cū uoluntaria idest affectatiua quoq; uidemus solere ifinitis adiungi: ut uolo legere cupio scire: studeo discere. Quæritur hic q̄obrē cum nominatiuæ īterrogationes per nomina soleant fieri: non etiam uerbales fiant per uerba. Ad quod dicēdū q̄ noīum quidē & substantię & qualitates & q̄titates & numeri & oīa substantiuis accidentia ī his ipsis sunt speciebus noīum: substantiæ ut aliquis homo: qualitates ut bonus: prudens q̄titates ut maximus paruus. Numeri ut multus paucus. Itaq; sunt noīa generalē significantia uel substantiam uel qualitatē: uel quantitatē uel numerum: quæ necessario & īfinita sunt. Quippe cum oīa suarum generaliter specierum cōpræhēdāt ī sese noīa. Vnde quidam ea & pronoīa esse existimauerunt: quia generaliter pro oībus aliis accipiunt̄ nominibus: quomodo & pronomina. Sed pronomina & infinita uolunt esse & loco ꝓpriorū accipiuntur & substātiā solam sine qualitate significāt quantū in ipsa ē uoce eoꝝ cū supradcā generalia noīa penitus sint infinita cōfusione oīum specieꝝ sub se positaꝝ Itaq; eis utimur ad speciales īterrogatōes substātię uel q̄litatis uel q̄titatis uel nūeri substātiæ ut qs: q̄litatis ut q̄lis: q̄titatis ut q̄tus: nūeri ut quot. Verba uero generalē substātiā uel q̄litatē uel q̄titatē uel nūeꝝ p se significar̄ nō possūt. Ideoq; queādmodū offō adiecti fūgūt̄ aduerbia ad significādū uerboꝝ q̄litatē uel q̄titatē uel nūerū uel tēpus uel locū: sic etiā ad generales eorum īterrogationes eadem accesserunt. Quomodo igit̄ nominum substantiam quærentes quis dicimus. sic etiam uerbi actum uel passionē quærentes quid agit: uel quid patitur dicimus. Cū enī deficiūt aduerbia loco eoꝝ subeūt no

mina: ut Teren. in eunucho. quid agitur? statur. Qualitatē uero cū quęrimus qualiter dicimus: uel quomodo: uel ut Horatius in secundo sermonū: Vt nascideni iuuit te cœna beati. Quātitatē uero quantū. Numerū quotiens. Et notandū est ꝙ non solum ad uerbia: sed etiā nomina loco aduerbiorum: ut dictū est posita frequētissime inuenimus cum uerbis. Et quomodo supradicta generalia nomina sunt infinita uel interrogatiua uel relatiua uel redditiua: Sic aduerbia quoqꝫ inueniuntur ut nomen infinitū quis & aliquis sic & aduerbia aliquo & alicunde & alicubi & aliqua: Nomen interrogatiuū & relatiuū qualis ποῖοσ καὶ οἷοσ & quot πόσοι καὶ ὅσοι. Similiter aduerbiū est interrogatiuum & relatiuū q̄liter ποῖοσ καὶ ὁ ποῖωσ uel τωσ καὶ ὅπωσ. & quotiēs πόσακισ καὶ ὅσακισ. Nomen redditiuū talis & tot aduerbiū taliter & totiens. Et quēadmodū interrogatiua nomina generalē legē accentuū seruāt: relatiua uero infine acuuntur: Sed in cōtextu orationis præposita: ipsum quoqꝫ acutū in grauē conuertūt. ut quis uel qui cuius qualis quātus: sic aduerbia qualiter quotiens. Luca. in primo. qualiter expressum uentis per nubila fulmē. Idē in eodē: Cursumqꝫ furoris Teutonici quotiens romā fortuna lacessit Hac iter est bellis. Hoc idē localia & tēporalia seruāt aduerbia: quæ omnes generaliter species localiū uel tēporaliū tā aduerbiorū q̄ noīum sibi subiūgunt. Quæ tā īterrogatiua sunt q̄ relatiua quattuor differētias habētia ad locū ut quo: in loco ubi: de loco unde: ꝑ locū qua. hæc. n. quoqꝫ relatiua quidē grauātur ꝑ omnes syllabas: quādo præponūtur aliis dictionibus: quomō & supradicta noīa: de quibus in libro qui est de accentibus latius tractauimus. Nec mirū tamen aduerbia interrogatione uerborū poni. quę in loco adiectiuorū eis sunt. Quomō. n. dico bonus homo: celer equus: sapiēs uir: Sic dico bene uiuit: celeriter currit sapienter disputat: cū & pronoīa quę loco nominū sunt ad interrogationes noīatiuas soleant ī loco noīum reddi: ut quis dixit Virgilius uel Homerus: uel ego: uel tu uel ille. Et sciēdū ꝙ omnibus pene dictionibus possumus interrogatiue uti: sed eisdē sufficienter respondetur nomine uel aduerbio negatiuo uel confirmatiuo: ut si īterrogem. Homo est ille? & respondetur homo est: uel legit ne uel non uel etiā: doces uel doceris: doceo & doceor: uel non: uel etiā aduerbiū cōfirmatiuū. Supradictis uero noībus uel aduerbiis quæ generaliter oēs ī se species cōprehēdūt oībus sibi speciebus subiectis bene respōdetur: ut si dicā q̄s est ille: potest ad hoc oīs substātiæ species respōderi supposita īterrogationi: ut homo equus coruus piscis. Similiter si dicā qualis omnes species qualitatis huiuscemōi īterrogationi bene reddūt: ut bonus malus albus niger: & similia. Similiter quātus īterrogātibus oēs species q̄titatis aptissime subiūgūtur ut lōgus breuis magnus ꝑuus & similia. Numeri quoqꝫ oēs si īterrogatiue ꝓferāt: quot cōgrue referūt: ut quot hoīes? tres decē mille & similia. Similiter possessiuū infinitū: cuius cuia cuiū ad oēs species possessiuoꝝ ꝑtiet ut si dicā cuia ē filia hęc. r̄spōdas recte mea uel tua: uel illius uel priameia uel euādria. Necnō etiā infinito cuias gētili opportune respōdemus noībus cūctis gētilibus: ut cuias est iste Siquis īterroget: perite respōdet nostras uestras: uel græcus romāus syrus & similia. Sic etiā aduerbiorū supradictorū ad oēs species sibi subiectas ītēdere possumus īterrogationē: ut qualiter īterrogāti respondebo bene uel male uel cito uel tarde & similia. Quotiens uero īterrogāti semel uel bis uel cēties: & similia subiicio: Sic etiā localia si īterrogē quo respōdeas huc uel illuc: Romam uel militiam: domum uel ī Italiam: Si uero ubi hic uel illic: domi uel militiæ: Romæ uel ī Italia. Non solum enim aduerbia huiuscemodi localibus interrogationibus:

sed etiã oĩa noĩa locos significãtia licet subiicere. Ad locos quidẽ pręcedẽte quo: In locis uero ubi. De locis uero unde: Per loca qua. Eodẽ modo tẽporalia iuenis: ĩfinitũ aliquãdo. Interrogatiuũ & infinitũ & relatiuũ est quãdo ad quod oĩa non solũ aduerbia: sed noĩa tẽporalia bene respõdemus: ut quãdo: heri: hodie: cras: ante decẽ dies: & similia. Appellatiua quoq; nomini ĩfinito quod est quis: solẽt subiũgi: sed magis generalia aut specialia: ut quis inuenit litteras? homo. Quis utilis ẽ aratro? bos. Quis natat in mari? piscis. Sed uidetur hic quoq; res ĩdiuidua esse: cũ de ipso generaliter animali ẽ ĩterrogatio. Similiter si dicã: multis præsentibus: quis est de nobis grãmaticus? quis orator? qs medicus? & respõdeatur ego qdem sum grãmaticus: tu orator: ille medicus: loco ꝓpriorũ hi accipiunt̃ noĩum: cũ de propria uniuscuiusq; persona quã ipsa habet grãmatica uel rhetorica uel medicina respõdet̃: In diffinitionibus quoq; solet ad interrogationes oĩum rerum quæ diffiniri possũt neutrũ substãtiuũ præponi: & multa appellatiua differentiarũ noĩa ad id referri. ut quid est aĩal sustantia animata sensibilis: & per conuersionẽ. Quid est sustantia animata sensibilis? aĩal. Quid est homo? aĩal rationale mortale. Et per conuersionẽ. Quid est animal rationale mortale? homo. Idẽ licet facere per omnes diffinitiones: quis quãtum ad generales & speciales formas rerũ: quæ in mente diuina ĩtelligibiliter constiterũt anteq̃ ĩ corpora prodirent: hæc quoq; propria possunt esse: ex quibus genera & species idest naturæ rerũ demonstrant̃. Est præterea notandũ ꝙ tam noĩa ĩfinita q̃ aduerbia singularẽ si habent pronunciationẽ colligentẽ uniuersalitatẽ numerorum: de quibus loquimur geminantur apud latinos: uel assumũt cũq;: ut quisqs uel quicunq;: qualisqualis & qualiscunq;: quantusquãtus & quantuscunq;. Ter. ĩ adel. Tu quantusquãtus es nihil nisi sapientia es: pro q̃tuscunq;. Quotquot & quotcunq;. Hora. ĩ. ii. sermonum. Viuere uertũnis quotquot sunt natus iniquis. Vtut & utcunq;. Terẽ. ĩ phor. Vtut hæc sunt. Vbiubi & ubicunq;. Vndeunde & undecũq;. Quaqua & quacunq;. Inter aliqs & ullus: & alicubi & usq̃ & aliq̃do & unq̃ hoc interest: ꝙ aliqs & alicubi & aliq̃do absolute proferuntur ut aliqs uenit ad me. Similiter & alicubi fuimus. i. in aliquo loco. Et aliquando cõtingit. i. in aliquo tempore: Sin autẽ dicam ullus pendet ex infinito omniũ numero: necesse est. n. ullus omnium intelligere: & cũctos posse numeros ad hoc referri: nec ĩcongrue diminutiuũ esse unius dicitur. Et uidet̃ hoc ad aliquid esse: quomodo sumus & imus: & primus & ultimus: ad oĩa dicuntur tam locis q̃ tẽporibus: uel ordinibus subiecta uel supposita. Similiter usq̃ ad oĩa loca refert̃: & unq̃ ad omnia tempora. Et sciẽdum ꝙ composita quoq; eorum abnegatiua sunt omnium generaliter: quæ per ea possunt significari: & nullus omniũ deorum uel hominũ: uel eorũ quę sunt: idest quæ cadũt sub noĩe. Similiter nusq̃ omniũ locorũ est abnegatiuum: ut nunq̃ omnium temporũ. Eandem habet differentiam ad simplicia infinita illa quæ componuntur ex eis geminatis: uel quæ assumunt cunq;: ut quis infinitum ad unũ per se ĩtelligendũ ptinet. Hora. ĩ. ii. sermo. Et leporũ auulsos ut multo suauius armos quã si cum lumbis quis edat pro aliquis. Quisquis uero & quicunq; ad uniuersos confuse dicitur. Similiter & quot certum desiderat numerum. Quotquot uero & quotcunq; ad uniuersos confuse dicitur. Et quis quidem simplex potest & infinitum & interrogatiuum esse. Compositum uero ab eo aliquis tantummodo infinitum. Similiter aduerbia quo ubi unde qua & quando possunt interrogatiua & relatiua & infinita esse: Virgi. in decimo Aspera quis natura loci dimittere quando suasit equos: quando pro

aliquando. Aliquo uero & alicubi & alicunde & aliqua & aliqnaudo: ſine dubio infinita ſunt tantum. Et quis uero: quod eſt ſubſtantiæ infinitũ: pro qualis & pro quantus inuenitur. Qualis uero & quantus pro quis nõ. Vir. in. iiii. æneí. Quis nouus hic noſtris ſuccedit ſedibus hoſpes: quis pro qualis. Idem in ſexto. Quis iuuenes quantas oſtẽdãt aſpice uires: qui pro quales. Similiter qui aduerbium quod eſt a nomine ſubſtantiuo qſ pro qualiter accipitur Qualiter uero pro qui: cuius propria ſignificatio ẽ propter quid nou accipitur. Tereti: in andria Quis tibi uideor? miſer æque atq; ego: quis pro qualis dixit. Idem in phormione. Quot me cenſes homines iam uerberaſſe uſq; ad necem hoſpites: tum ciues: quo magis noui tanto ſæpius: quo pro quanto. Idẽ ĩ eunu. Qui iſtuc qui pro quomodo. Idem ĩ andria. Qui? quia te noui: qui ideſt propter quid. Et hoc tamen & alia quoq; omnia aduerbia interrogatiua ad multas tendunt ſpecies interrogationum: quomodo & ſupradicta localia & temporalia. Et ſunt eadem & r̃latiua: ut cur quia nam διά τι καὶ διότι διό περ. Horatius in primo carminum interrogatiue. Cur aprícum oderit campum. Idem in eodem relatiue. & altis urbibus ultimæ ſtetere cauſę: cur perirent funditus. Cur διόπερ. Idem in eodem. Neu miſerabiles decantes elegos cur tibi iunior læſa præniteat fide. Cur διότι. Quia nam ſimiliter. Virgi. in quinto interrogatiue. quia nam tanti cinxerunt ęthera nymbi. Quia nam διατί. Terent. uero in adelphis quia preter ſpem euenit: relatiue dixit διόπερ. Omnes enim ſpecies cauſarum eis reſpondẽtur: quomodo illis omnes ſpecies localium uel temporalium aduerbiorum uel nominum: Quæ uero non ad diuerſas pertinent ſpecies aduerbia interrogatiua eſſe non poſſunt: ut hortandi eia. uocandi heus: reſpondendi hem: & ſimilia. Inuenitur tamẽ quiſq; pro quiſcunq; qualiſq; pro qualiſcunq;. Similiter aduerbia quoq; pro quocunq;: quaq; pro quacunq;: qualiſq; pro qualiſcunq;: quandoq; pro quandocunde. Virg. i. vi. O matres audite ubi quæq; latinæ: pro quæcunq;: poteſt tamẽ hic & ubi pro ubicunq; accipi. Quorſum quoq; ex quo & uerſum compoſitũ tã interrogatiuũ q̃ relatiũ & infinitum eſſe poteſt oĩum localiũ ad regionẽ aliquã uergere demonſtratiũ: ut ſi interrogẽ: Quorſum uadis? bene reditur horſum iſtorſum ſurſum deorſum dextrorſum ſiniſtrorſum: orientẽ uerſus occidentẽ uerſus & ſimilia. Idẽ & relatiuũ ẽ cũ grauatur: ut ſi dicã quorſum ille ierat: & ego iui. Et infinitũ: quorſum ille uadit & tu uade. Quo quoq; & infinitũ & interrogatiuũ & relatiuũ eſt: accipitur enim pro quouſq; & ꝓ quando: qđ triplicẽ hẽt ſignificationẽ ut oſtendimus: Teren. in phor. Quid ſenẽ quoad expectatis ueſtrũ? Interrogatiue dixit: Idẽ relatiuũ ẽ ut quoad iuſſiſti parui. Infinitũ: ut quoadlibet ſcribo. Similiter quouſq; ad quod tẽpus: uel uſq; ad quẽ locũ: & ĩterrogatiuũ & relatiuũ & infinitũ põt eſſe. Interrogatiuũ ut Cice. in primo inuecti. Quouſq; tandẽ abutere Catilina patientia noſtra? Relatiuum ut quouſq; uiſum eſt doctori didici. Infinitũ ut quouſq; uideatur tibi uenio. Et localia quidẽ aduerbia pro temporalibus frequentiſſime ponunt auctores. tẽporalia uero pro localibus nunq̃ Virg. in. v. Hic patris æneæ ſuſpenſam blanda uiciſſim Gaudia pertentant mentem: hic pro tunc. Idẽ in. ii. ænei. Inde thoro pater æneas ſic orſus ab alto. Inde pro poſtea & deinde.

De his quę poſſunt accipi loco articulorum.

Voniam de his quę loco articulorũ accipi poſſunt apud latinos in ſupradictis oſtendimus: ut de generaliter infinitis uel relatiuis uel interrogatiuis nominibus: q̃ relatõis cã ſtoici inter articulos ponere ſolebãt. Et de aduerbiis quæ uel

ex eis nascunt᷑: uel eoꝝ diuersas sequunt᷑ significationes: consequens eẽ existimo: De ꝓ
noĩum quoq; cõstructiõe differere. Articuli enĩ cũ noĩbus in orõne accipiũtur. Ea uero
pro noĩbus neq; apud græcos tamẽ ꝓnoĩa demõstratiua: quippe præsentes ostẽdẽtia ꝑ
sonas quę in prima sunt cognitiõe articuloꝝ capacia esse possunt pręposítiuoꝝ: quibus
latinitas caret sicut docuimus. Et manifestũ ẽ ꝙ ideo & casus recipiũt pronoĩa: ut ꝓ to-
to noĩe subeãt: idest pro oĩbus eius casibus: ꝑsonarũq; oĩum discretiua sunt: ut qd̃ deest
nomini: idest ꝑsonarũ discretio: ea loco illoꝝ prolata cõpleãt: & noĩs quidẽ habẽt casus
uerbi uero personas. Itaq; undiq; declinãt᷑ duas generales declinationes assumẽtia: unã
noĩs alterã uerbi. Nec ꝑ cõfusionẽ: sed ꝑ aptissimã partitionẽ. Terminatiõi enĩ iniecerũt
casualẽ declinationẽ: pricipio uero personaꝝ diuisionẽ. Est enĩ planũ ꝙ si in eadẽ parte
duæ fierẽt declinationes cõtingebat casus mutationẽ ĩpedimẽto fieri ꝑsonaꝝ discretio-
ni. Et ecõtra ꝑsonarũ trãsitione corrũpi casuũ ꝓprietatẽ: quare casum qdẽ discernẽs effi
cit mei mihi me ꝑsonã uero mei tui sui: personã uero & casum: me tibi se: & ĩ oĩbus dif-
finitũ ẽ supradictis idest ꝑsonis & casibus: in quibus etiã numeri manifestant᷑ ꝑꝑ distri
butionẽ: quę in utrãq; partẽ eorũ discessit idest principiũ & finẽ: utraq; tamẽ declinatio
tã casuũ q̃ ꝑsonaꝝ ad ꝓprias partes absistẽs idest ad nomẽ & uerbũ fine utebat᷑: ut bo
nus bona bonũ: boni bonę boni: scribo scribis scrbit. Nõ arbitror aũt necessariũ esse si
quis quærat quare in pronomine nõ concedebatur personis magis terminatio quemad-
modũ in uerbis q̃ pricipiũ? quia oportebat semel uni cõcedere parti finẽ: & sic est dicen
dũ rationabiliter casuali quippe cũ prius ẽ nomẽ uerbo: queãdmodũ ostẽdimus. & ma
nifestũ est ꝙ eius proprietas idest casus iure obtineat finẽ. Pręterea pronomen est ꝙ pro
nomine accipitur: & imitatur nomẽ: & certũ quidẽ accidẽs est eius significatõi idest sub
stãtię: quę innascit᷑ ꝑsonæ: & si terminatio optinet maxime partes orationis. Finis autẽ
pronominis casus est obtinebit ergo per finẽ ut pronomen uocetur: quippe quo imitat᷑
nominis proprietatem idest casum: q̃uis etiam uerbi subit proprietas. idest persona. Et
oportere iudico antequam de singulorum constructione pronominum dicam differere
de eorũ proprietatibus ex quibus manifestum tradendæ fiat documentum cõstructio-
nis. Quoniã igitur prædictum est de præcipua & singulari demonstratione ꝓnominis
quæ fit in utraq; parte in principio personarum in fine casuũ: de cæteris uideamus. Apd̃
græcos alia sunt demonstratiuoꝝ absoluta pronoĩum: alia discretiua. Absoluta dicun
tur quę nõ egent alterius adiunctione ꝑsonę. quę ἐγκλιτικά. i. inclinatiua apud illos sũt:
ut εἰπέ μοι. ἔλεγέ σοι. Discretiua sunt quę egẽt adiũctione aliaꝝ personarum: quæ ὀρθο
τονούμενα uocant ut ἔλεγεν ἐμὲ οὐκ ἐκεῖνον. Necesse est enim aliam inferre personã: quomo
do in comparatiuis nominibus: necesse est de ea alias fieri personas. absoluta uero eorũ
idest positiua per se proferuntur. Apud nos autem pronomina eadem & absoluta & di
scretiua sunt. Absolute ut uidet me: uel discretiue uidet te uel me illum autem non. No
minatiuus tamen primę uel secundæ personæ pronominum si uerbo iungatur: qa uer-
bum per se absolutam magis personam significat: plærunq; discretiuus est. ut ego dico
ille autem non. Accidit pronomini relatio in tertia persona: per quam prædicta nomi-
na ꝑ recordationẽ pronominantur: idest per pronomen significãtur: ut Iuppiter postq̃
troas & Hectora nauibus appulit: ipse reiecit oculos claros. Et sciẽdũ qd̃ demõstratiua
ꝓnomina non aliquoꝝ prædictoꝝ loco nominũ quomodo relatiua sed eoꝝ quę ꝓferri
demõstratiue nõ possunt accipiunt᷑. Relatiua uero prædictorũ quidẽ loco nominum

ſed quę iterũ accipi nõ poſſunt. Si quis enĩ pro ipſe reiecit oculos claros põat iterũ. Iup
piter nõ colligit duas rõnes ad Iouẽ ſed quaſi prĩcipiũ alterius facit orõnis. Põt aũt pro
priũ nomẽ & ad diuerſas proferri ꝑſonas: ut ſi dicã. Aiax uẽit ad troiã. Aiax fortiter pu
gnauit cũ troianis: uel cõtra troianos. Dubiũ ẽ an de eadẽ dicã ꝑſona: cũ duo eiuſdem
noĩs fuerĩt: ad quos ſupradicti actus ꝑtinere poſſunt. Sin autẽ dicã aiax uenit ad troiã.
Idẽ fortiter pugnauit cõtra troianos: de nulla intelligo ꝑſona. In oĩbus igiť relatiuis ꝓ
noĩbus: una eadẽq; eſt orõ ex ſupradicto nomine pendẽs: Licet aũt pro relatiuis prono
minibus noĩa ponere: & orõnem mutare ut Iuppiter tonat. Iuppiter fulminat. Hæ enĩ
oẽs orõnes ſingulæ ꝑ ſe poſſunt ꝓferri & inuicẽ cõuerſo ordine præpoſtere dici. Cũ non
ad priorẽ referť ſecũda: quod facit pronomẽ relatiuũ: quod ad prædictũ nomẽ referť.
Quotiẽs uero ille uel hic nõ oſtẽdẽdũ aliquid ante oculos referũt: oportet ĩtelligere ꝙ
eoꝝ demõſtratio ad intellectũ referť. Itaq; quędã ſunt oculorũ demõſtratiua: ut ego &
tu: quædã ad oculoꝝ & ĩtellectus: oculoꝝ: ut hic uir. hic eſt tibi quẽ ꝓmitti ſæpius au-
dis. Intellectus: ut hic pietatis honos? ſic nos ĩ ſceptra reponis? Præterea ſola ꝓnoĩa di-
uerſis uocibus: diuerſas faciũt tertias ꝑſonas: cũ uerba una uoce ad plures ꝑſonas perti
neãt tertias. Dicimus. n. ſcribit Probus aut Seruius: uel quicũq; põt hũc actũ ſuſcipere
nõ tamẽ hoc etiã ĩ ꝓnoĩbus. Nã relatiua quidẽ ſunt ipſe, uel is uel ſui: quod primitiuũ ẽ
Demõſtratiua uero hic iſte & ille. Sed intereſt ꝙ ille ſpacio lõgiore ĩtelligiť: iſte uero ꝓ-
pinquiore: hic aũt nõ ſolũ de pręſente: ueꝝ etiã de abſente poſſumus dicere ad ĩtellectũ
referentes demõſtrationẽ: ut prędictũ eſt: ut hoc regnũ dea gẽtibus eſſe. Virgili. in pri-
mo. Ad abſentẽ carthaginem rettulit demonſtrationem. Iſte uero plærunq; ad oculo-
rum demonſtrationem profertur: ut Virgilis in ſexto. Non hoc iſta ſibi tempus ſpe-
ctacula poſcit. Inueniuntur tamẽ hoc de abſentibus protuliſſe auctores: uel de hiſquæ
cerni nõ poſſunt ut ſupradictũ eſt. Vir. i. xi. Sed nũc ẽ oĩa quãdo Iſte aius ſupra. Ter.
in adel. Iſte tuus ipſe ſentiet poſterius: cũ de abſente æſchino dicat: Ille quoq; cum ẽ etiã
relatiuum tam de abſente q̃ de pręſente poteſt accipi ut ſic Iuppiter ille monebat: & ru
ne ille æneas: & ille ego qui quondam gracili modulatus auena Carmen? Licet tamen ꝑ
figuram conuerſionis: ideſt κατὰ ἀποςροφὸν abſentis quaſi pręſentis loquendo uti ſecũ-
da perſona: ut Iuuena. in. ii. Tu ne duo ſ una ſæuiſſima uipera cœna. Tu ne duos Quo
modo tamen apud græcos additur i in quibuſdam pronominibus ad uim ſignificatio-
nis intendendam ut ἐκεῖνοσὶ οὑτοσὶ ὁδί: ſic etiam apud nos met pte te ce additę intẽdunt
ſignificationem: ut egomet tute meapte noſtrapte huiuſce: de quibus cum de pronomi
ne tractabamus latius diximus. Diffiniuntur autem perſonę pronominum nõ ſolum
demonſtratione quæ præſentium cognitionem ſub oculis oſtendit: ſed etiam relatione
quæ abſentium recognitionem habet. Itaq; bene dicebat Ariſtarchus coniuga eſſe per-
ſonis pronomina cum ſimiliter & cõiunctę per oẽs ꝑſonas diffiniunť uel demõſtratiõe
uel relatiõe. Verba uero incõiuga cum in prima quidẽ & ſecunda perſona finiũť. In ter
tia uero non niſi præcipuus ſit ad aliquem unum pertinens actus: ut fulminat & tonat
de Ioue ſolo intelligimus: non ꝙ uerbum tertiæ perſonæ finitũ eſt: ſed quod is qui eius
ſignificationem agit proprium habet hunc actum. Manifeſtum eſt igitur quod ideo di
uerſę ſunt pronominis poſitiones in tertia ꝑſona: ne una uoce diuerſæ ſignificenť perſo
næ. Conſequebatur enim ut ipſę quoq; infinitæ eſſent quomodo in uerbis tertiæ perſo-
næ quod contrariũ erat proprietati pronominũ. Quippe cum una dictio plura ſigni-

ficat infinitatis eā fit hoc. Præterea aliæ quidē partes casuales a noīatiuo genitiuū & cæteros casus ad cōsequētiā nominatiui solēt perficere. Principalia uero ꝓnoīa: idest ego tu mei::tui sui mihi:tibi sibi. Positiuę magis ꝑ singulos casus declinantur cū nō pōt ego secundū rationē casualiū mei genitiuū adhibere: neq; tamē mei genitiuus mihi & me opportune asciscit: Numerus quoq; positiæ cōitatis ego mei nos: tu tui uos: Nullus.n. genitiuus qui nō ex noīatiuo sit cōueniēter declinatus pōt numerū pluralē noīatiuo cōsequētē exhibere. Declinatus enim a noīatiuo cōgrue huic declinat tā sequētes casus q̄ numeros. Itaq; & ετεροκλιτα idest diuersiclinia necessario cōsequit̄ aliquis noīatiuus aptus genitiuo ex quo relique figuratiōes tā numeroꝝ q̄ casuū reddāt̄: ut iter itineris gēitiuus fecit itineri & itinera: & ex hoc quoq; noīatiuus itiner necessario accipit̄. Similiter precis & uicis & frugis & lateris: qui sunt genitiui faciūt datiuos preci & uici & frugi & lateri: & preces & uices & fruges & lateres. Quapropter opportune inerunt noīatiui supradictis noibus & prex & uix & frux uel frugis & later. Ergo gēituus mei nō declinatus: sed positiue factus consequētiā tā casuū q̄ numeroꝝ recusauit. Ille autē & iste & similia cū genitiuū a noīatiuo habēt declinatū habuerunt etiā reliquos casus & numeros cōsequētes. Sed forte quęrat aliquis cur consequentiā euitauerunt pronomina & cur non noīa. Nominū positio inuenta est ad significationē qualitatū uel cōmuniū uel ꝓpriarū: quę sunt innumerabiles: ut homo Plato. Et quoniā neq; demonstrationē habent ea neq; relationē quibus finiuntur personę pronominum innumerabiles in eis.i. nominibus positio fiebat & singulorum figuratio nominum singulis reddat suppositorum suā qualitatem: quare non mediocriter disturbant qualitatis significationem: cum in unam cōcidant uocem nominum positiones tam ī propriis q̄ ī appellatiuis. inde caruit diffinitionem persona ea quę in nomine ipso intelligitur: nec mirum cum propria quoq; nomina quis ideo ponantur ut unumquenq; ab aliis omnibus discernant. Incerta sunt tamē cum non possint omnes eius qualitates quę illum separant ab aliis omnibus ostendere absq; demōstrationis auxilio: quę fit per pronomē. Quāuis enim sciamus ꝙ poeta fuit Virgilius & filius Maronis cernētes eū si posset fieri: nesciebamus eius esse hoc nomē nisi siquis nobis eum demonstrans dixisset hic est Virgilius propter quod per singulas figurationes separatus nominatiuus exigebat obliquos casus cōgruos proprietati suæ ne fieret incerta significatio tam confusa. Inde etiam genera necessario subeunt: ut cum qualitate significationis discernant etiam genus. Inde inuentæ sunt etiam adiectiuæ positiones: ut consequentia noibus cōibus uel propriis conpleāt̄: ut equo albus uel fortis Platoni uero sapiens uel bonus adiicitur. Marti gradiuus: & multa alia quæ possunt accidere. Vnde etiā cōpositiones sunt inuentæ: ut beneficus maleficus oīpotens quæ ex accidentibus coniiciebantur quæ sunt qualitatis uel q̄titatis. Pronoīa uero ea quæ ad nihil aliud aspiciūt ꝑ demōstrationē nisi ad ꝓpriā aliq̄ substantiā: & ad ei accidētes qualitates: quæ possunt oculis cōspici: ut albū uel nigꝝ: lōgū uel breue: uoce aūt ipsa ꝓnoīs nō manifestant̄ nisi substantiæ: iure plurimas recusauerunt uocum figurationes: quippe cum singulæ earum per singulos casus pro oibus accipiuntur noibus. In omnibus enim rebus substātiæ q̄dē singulæ sunt qualitates uero multæ quę nomine possūt intelligi. Quod si uerum est naturaliter abstinit ab eis nominum cōsequens declinatio: ne cū pro oibus accipiant̄ nominibus uni eoꝝ terminatiōi succedant: & cū unicā ad oīa quæ sūt habeāt significationē: & una uoce generali ꝓprietates oīum demonstrēt: unicā ha-

buerũt etiã uocis declinationẽ: ut singulas uariet ꝑsonarũ & casuũ prolatiões: nulli ob
noxia regulę quę in unicis nec locũ habere uocibus poterat. Manifestũ est aũt quod &
prima & secũda ꝑsona quibus sola ẽ demonstratio singulas habẽt uoces. Itaq; genera
quoq; oĩa non abscisa ꝓpriis terminationibus: sed per eundẽ finẽ congruã habuerũt po
sitionẽ. Quippe cũ per ea demõstratio substãtiã ꝑ se significat absq; discretione generis.
Ille autẽ & ipse & hic & iste & is: quia in diuersis tertiis poterãt esse personis absentibus
uel præsentibus: uel lõge: uel iuxta positis diffinitiõis cã manifestãdæ etiã genus cũ se
quẽti declinatiõe acceperũt. Quẽadmodũ nomina sic etiã ꝓnomĩa ꝑ singulos casus si
militer cũ uerbis cõstruunt̃: nominatis quidẽ in transitiue: obliquis uero trãsitiue uer
ba cõiungunt̃: ut Theotistus uel iste currit. Theotisti uel istius misereor: Theotisto uel
isti prębeo Theotistũ uel istũ uideo. Ablatiuus etiã cęteros obliquos sequitur: Theoti
sto uel isto gaudeo. Nã uocatiuus quoq; intrãsitiẽ secundis adiũgit̃ uerborũ personis
cũ proprius sit naturaliter secundæ personę: ut Theotiste uel tu noster doctor legis uel
lege. Vir. in. x. Vigilias ne deũ gens ænea uigila. Obliqui tamẽ cõstructionẽ uerborũ
quę sit in transitiue cũ nominatiuis accipiũt trãsitiẽ nisi sint uerba absoluta: ut Theoti
stus uel iste uiuit: spirat floret uiget & similia. Ea enim nõ egent obliquorũ adiunctione
idest transitione in alias personas affectus tantũ singulorũ ostendentibus uerbis ut do
ceo istum: uel Theotistus docet Priscianũ. Ego doceor ab isto: tu doceris ab illo.

De impersonalibus quę semꝑ obliquis iũguntur.

Ciendũ autẽ quod impersonalia siue transitiue siue intransitiue proferant̃ ob
liquis casibus iunguntur: nisi per defectionẽ proferantur. Intransitiue ut curri
tur a me: pro curro: uel statur ab te pro stas: & sedet̃ ab illo ꝓ sedet ille: quis i
eis quoq; potest ipsa res intelligi uoce passiua: ut curritur cursus: & bellatur bellũ. Vn
de etiã si non addat̃ a quo põt tamẽ sensum cõplere ipsius rei quę agit̃. Vir. in. vii. Cer
tatur cõminus armis. Teren. in enu. Quid agitur? statur. Trãsitiue ut miseret me tui:
pudet te mei pœnitet illũ sui. Mei aũt & tui & sui genitiuos hic intelligimus pritiuorũ:
quiquidẽ etiã possessiuorũ sunt genitiui. nec mirũ eãdẽ uocẽ mutatiõe significatiõis ad
aliã speciẽ trãsire cũ soleat diuersa significatio easdẽ uoces etiã ad alias partes transferre
ut nomina in aduerbia. Sublime uolãt: pro sublimiter. Sole recens orto pro recenter.
Et cõtra aduerbia in nomina: ut spõte sua: & mane nouũ: & ꝑticipia in noĩa: ut amans ὁ
ἐραστὴσ sapiens ὁ σοφοσ: doctus ὁ εὐπαίδευτοσ: factũ τὸ ἔργον. Carent enim tꝑe in his si
gnificationibus. Igitur nõ uoces magis ualẽt ĩ partitiõe dictionũ q̃ eaꝝ significatões.

De pronominibus loco nominum positis.

LOco nominũ ꝓnoĩa ponunt̃ non ut quidã existimãt propter nominũ ignorã
tiã: quę eni ignorãtia est nominũ: ut dicat Aeneas ad Didonẽ. Ego te quę plu
rima fando Enumerare uales? Sed manifestum est quod qa non possunt no
mina in pria & ĩ secũda esse ꝑsona: ut ostẽdimus. At dicet aliqs qd igit̃? nõ etiã ignora
tis noibus dicimus: ego & tu? ad quẽ respõdendũ est quod ex accidente hoc fit: idest de
mõstratione proprię qualitatis: cũ similiter etiã cognita noĩa ꝓnominalẽ sæpe exigũt
demostrationẽ non minus tamẽ sic quoq; loco eoꝝ accipiunt̃. Vi. n. propriũ nome in
telligitur ꝑ pronomẽ nõ dico uocis nomẽ: sed quod ex ea ostendit̃: idest propria quali
tas suppositi: in qua sunt propria nomina. Quãobrẽ ad nihil utile pertinent ꝓnomina
si careãt personis ostẽdentis: & eius quę ostendit̃. Itaq; cum scribũtur ꝑ se pronomina

nimirum īfinita sunt. scilicet cum a sua materia excidunt: idest demōstratione propriæ qualitatis: unde rationabiliter q sibi inuicē scribunt solēt nomina ꝓpria præponere: sine qbus perfectio orationis non constaret: cum ponanť ꝓnomina tā primæ q̄ secundę psonæ ꝓpter accidentes actus tā scribenti q̄ illi ad quē scribiť præpositis nominibus ꝓpriis ut Cicero bruto. vi. ad ea demonstratione faciunt ꝓnomina. Si enim ponā Ego tibi dudū scripsi: ostendi p ꝓnomen ego nominis prępositum nominatiuum: per tibi autē datiuum secundæ psonæ qui loco datiui nominis prępositi accipiť. Nec dubium est ꝙ sublatis nominibus antepositis: etiam ꝓnomina infinita fiunt. Est autē causa ꝓpter quā nomina nō possunt accipi in prima & in secunda psona: quā supius quoq; diximus uel ꝙ substantiæ & qualitates generales & cōmunes & speciales & indiuiduæ in quibus sunt nomina non habent certam discretionem psonarum: utputa omnis homo & substātia pōt dici: & animal & homo & nominari Plato uel cicero: uel quod ex ꝓpriis nomini bus pōt imponi uni alicui ex omnibus: Prima autē psona ad nullum ptinet nisi ad ipsū qui loquiť. Nec secunda: nisi ad eum in quē intendiť sermo uel propter hoc: uel etiā ꝓpter illud: quod non ipsi nobis imponimus nomina: quod est suum primæ psonæ. Nec ad eos qui nascunť intendentes sermonem: quod est secundæ personæ: eorum positionē: idest nominationem facimus. Necesse est ergo in tertiā psonā cōcedeř noīa p oēs casus absq; uocatiuo qui primus transfert positionē a tertia persona in secūdā: ꝓpterea qd per eum fit demōstratio pręsens eius in quē facta sit positio noīs. Illud quoq; manifestū est: quod a nobis uerba facientes: idest ꝓferentes ad alias personas: debemus ea intendere: & apparet quod non licet noībus uti: quod tertiarū sunt ea psonarum: sed ratio exigit a prima ad secundā fieri uerba. Quaobrem subierunt ꝓnoīa hoc quod non poterat nomē cōplentia. Cum dicimus ego tibi scripsi. Prędicta est autē causa quapropter pronomen unum pro oībus accipitur noībus: idest quod demōstrationē uel relationē habet alicuius certe substātię q̄ oībꝫ ꝓpriis noībꝫ una eadēq; uoce significāda ē. Nemo tamē putet quod nihil usus habent tertiæ ꝓnoīa psonæ cum noīa ī eam possunt psonā accipi: & dicat si possent in prima & in secunda īueniri noīa psona: fortassis nec excogitarē tur pronomina. Nam possumus ad hoc dicere ꝙ ꝓnoīa semel nominū loco nata: ex accidente habuerunt etiā demonstrationē. Sub oculis enim oēs eorum psonæ plærūq; cernuntur. Itaq; præcipuum habuerunt accidēs: idest demōstrationē quę profecta p coniunctionē primæ & secundæ psonæ puenit etiam ad tertiā quare excogitata sunt ꝓnoīa in tertia psona. Nō igř quod nō habet tertias psonas nomen: ideo excitata sunt ꝓnomina. Sed quoniā expers est demōstratiōis: quæ est in ꝓnoībus. Itaq; inest utrunq; in illo Virgiliano: Hic augustus & oīs iuli ꝓgenies satis necessariū: Quia enī cernitur Augustus demōstratiōe usus est p ꝓnomē q̄ noīe fieri nō poterat hic. Vt autē q̄litatē quoq; ꝓpriā ostēderet psonæ quā demōstraret addidit Augustus. His ita se habentibus certū ē quod si dicā Priscianus scribo & his similia: sine dubio īcōgrue dico. Nec propter aliud quid: nisi pp psonaꝝ incōsequentiā. Tertię enī psonæ est nomē uerbum uero primę. Est igitur cōsequēs ꝙ in duabus tertiis profertur: ut Priscianus scribit non tamen oīo ubiq; hoc obseruamus. Quæ enī substantiā significāt uerba uel noīationē asciscūt aptissime noīa & ī prima & secunda psona: quod nō est ī aliis cōsequēs: ut sum pius Aeneas Cice. nominor & his similia: q̄uis græcoꝝ auctores inueniant licētia solita utentes & in aliis quoq; uerbis primæ & secundæ psonæ cōiūgētes noīa: ut Home. εἰμ' αὐτῇ πρὸς Ὄλυμπον

αγαννίφων. Euripides in hecuba ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας λιπὼν ἵνα ᾅδης χωρὶς ᾤκισται θεῶν πολύδωρος. Idē in bacchi ἥκω διὸς παῖς: in qbus oibus deest ego. Nostri quoq;. ut Iuue. in. iiii. Nā cum sis cōuiua mihi ꝓmissus habebis Euandrū. ueniēs tirynthius. Aut minor illo Hospes deest enin tu. Supradictis uero: idest substantiuis & sine ꝓnomine bene oēs adiungūtur psonæ & uocatiuis uerbis. Cū enī ipsa uerba p se substātiā uniuscuiusq; ꝓpriā colligāt: uel substātiā noiationē necessario relictis pronoibus: q̄ ipsa quoq; solā substātiā quātum ad uocē significāt: ad nomina se applicāt: quæ ꝓpriā qualitatem demonstrāt: seu generalē seu specialē: ut homo sum: Apollonius uocor: unde ego sum: uel ego uocor per se nemo dicit cū duplicata substentiæ demonstratio sine qualitate nil perfectū significaret: non enī erat possibile propriā positionē quæ significatur noīe proprio attribuere uoci cōmuni. idest ad oēs generaliter ptinenti quod est pronomē: si diceremus. Ego sum: ego nominor uerba ad pronomē referētes. Nā significationē non proprię qualitatis: sed quæ cōmuniter oibus accidit essentię demōstratiuæ faceremus ad quā ptinet ego. Eadē ratio in cæteris quoq; psonis est. Manifestū est igit̃ q̄ quia confitētur suā positionē nominū supradicta uerba: idest nominationē euocāt ea a tertia ad primā: quando dico Priscianus sum: uel Cicero uocor: cū specialē substātiam quā pronomē additū demonstraret: habeat in se ipsum uerbū substātiuū uel uocatiuū Itaq; frequēter inuenimus demonstratiuis ꝓnominibus positis non posita supradicta uerba tamen intelligi: ut Virg. in sexto æneí. Hic Cæsar & omnis Iuli progenies. Adeo quoq; demonstratio huius est causa q̄ aduerbiis quoq; demōstratiuis sępe positis non ē necesse addere supradicta uerba: ut Virg. in. ii. æneidos. Tu ne ille æneas quē dardanio anchisæ? Idē in. iii. Nā polydorus ego. Idē in eodem. Ecce tibi ausonię tellus: hanc arripe uelis. Nec non etiā substantiæ posito nomine frequenter deficiunt uerba substātiua Luca. in. i. Quis furor o ciues quæ tanta licentia ferri? Virg. in. iiii. ænei. Quis tibi tūc dido cernenti talia sensus? Quosue dabas gemitus? Et qualis tamē & quantus positis infinitis: pro quibus etiā quis ponitur Deficiunt sæpius uerba substantiua quomō etiā participiis: ut Iuuenalis in quarto. O qualis facies & quali digna tabella. Virgili. in primo ænei. Certe hinc romanos olim uoluentibus annis: Hinc forte ductores reuocato a sanguine teucri: Qui mare qui terras omni ditione tenerent Pollicitus: Non tamē si dicamus: Cice. accuso bene dicitur: sicut Cicero sum. Nō enim accusationis uerbū ꝓprietatē sic significaret substātiæ: quomō sustantiuū uerbū uel uocationis: quæ p uerbū indicatur uocatiuum. participiis quoq; quæ tertiæ sunt psonæ: quomodo nomina substātiua bene sociamus uerba: ut possint loco triū uerbi personaꝝ fungi: ut amatus sum es est. Quæ si deficiant īfinita pro his subeunt noīa sustantiæ cū uerbo ut ego sum q̄ amor Idest ὁ φιλούμενος: uel tu es qui amasti: idest ὁ φιλήσας. Hęc enim desunt apud nos participia. & attende in his quoq; quāta uis est substātiam significantiū: quod & loco participii: quod & substatiam ipsius qui agit: uel patitur & actum uel passionē significet: accipitur nomen substantiuum cū uerbo: ut quid est amans: qui amat: quid est nascens q̄ nascitur. Et loco uerbi participium cum uerbo substantiuo: ut pransus sum pro prandi meritus sum pro merui. Et nota quod cum & nomen: ut supradiximus: & uerbum substantiuū inuicē: hoc cum participio positum loco uerbi: illđ cum uerbo loco participii fungitur: ad omnes personas pronominum refertur. Ego sum qui scripsi: tu es qui scripsisti: ille est qui scripsit. Quomodo autem pronominibus uocatiua uerba non adiun-

gũtur:sic nec participiis quippe ad noĩatione ptinẽtia. Substãtiua uero aptissime adiũguntur cũ actus & passionis essentiã cũ participiis significãt ut amatus sum amatus es amatus est. Deinde dicendũ est de cõstructione pronominũ ad uerba. Obliqui casus ꝓnoium oĩmodo ad uerba referuntur:quomodo & nominũ:ut illius misereor:illi noceo illũ accuso:illo nitor. Ex qua constructione ĩtelligitur qualis nascitur affectus personæ sed non reciprocatur quod dicimus. Nõ enĩ omnia uerba obliquos desyderãt casus nominũ uel pronominũ:quomodo omnes obliqui casus uerba desyderãt:quoniã quædã ex his perfecta sunt & ab soluta:quædã defectiua:ut si dicã ambulat homo uiuit currit sedet & similia:quæ sunt absoluta nõ egẽt obliquis casibus. Sin dicã Accusat uidet:ĩsimulatur ĩperfecta sunt:& egent obliquorũ casuũ adiectione ad perfectionẽ sensus:sed de his opportunius separati cũ de uerbi constructione tractabimus dicetur. Quidã tamen putauerunt perfectionẽ uerborũ cõstructionẽ esse:si pronoĩa assumãt:ut ego scripsi tibi te similia:huiꝰ approbationẽ dicũt esse eã ꝙ cũ dicã:ego quidẽ affui:tu uero nõ si tollas pronomẽ ĩcongrua uel ĩcognita erit locutio. Sed hoc facit maxime coniunctio quidẽ. Itaqꝫ ego non arbitror quod dicunt uerum esse generaliter. Non enĩ oĩo egent ꝓnoibus uerba:idqꝫ affirmatur non ex poetica solũ constructione:cui licet & deficeꝛ & abundare:sed ex cõmuni elocutione doctorum & maxime a scriptorũ constructione:q sine metris scribẽtes perspicaciter magis ea utuntur:& ex ui ipsius oratiõis solent quod necessariũ est apponere cũ manifestũ est de obliquorũ constructione: Sciendũ ꝙ ĩsunt ĩ quibusdã partibus orationis etiã aliarũ partiũ ĩtellectus:ut si dicã Aiax ĩtelligo hominẽ:& unũ per numerũ singularẽ si dicã Anchisiades:ĩtelligo gẽitiuũ singularẽ primitiui:& filius cũ noĩatiuo singulari. Si dicã diuinitus ĩtelligo nomẽ:cum ex præpositione idest ex diis. Si dicam fortior intelligo magis & positiuum primitiui:idest fortis: Innumerabilis est enim huiuscemodi exemplorum copia. nec est dicendum ꝙ si dicã Anchisiades deest & debet ei addi filius:& si addatur poetica est licentia quomodo & præpositiones solent addere & minuere:ut Teren. in andria. Ad te aduenio spem salutem auxilium expetens. Virgilius in primo æneidos. Scelere ante alios immanior omnes. Ante enim cum comparatiuo positum auctionem auctioni addit. Terentius in andria. Post deinde quod iussi ei dare bibere abundat post Idem in eadem. Pernimium non laudo:p superuacuũ esse uidetur. Quauis amplioris significantiæ causa potest accipi. Idem in eadẽ. Abhinc trienniũ:pro hinc. Itẽ subtrahitur præpositio. Virgi. ĩ primo. Italiã fato profugus:deest ad præpositio. Neqꝫ si dicã Aiax:quod est singulare deest unus. In uerbis igitur similiter accidunt:quæ una cũ eis intelliguntur:ut in ĩdicatiuis ipsa indicatio & quæ ex ea intellligitur affirmatio. Vnde ad interrogationes respondentes etiam aduerbiũ cõfirmatiuũ uel non:uel uerbũ indicatiuũ reddimus utpote habens ĩ se affirmationẽ:ut interroganti legis:etiã uel non respondemus uel lego. Sed & de his in constructione uerborũ subtilius tractabimus. Inest etiam singularis numerus in uerbo scribo nec eget ut addatur unus. Manifestũqꝫ est ꝙ etiã nominatiuus pronominis inest uerbo Ergo si supradicta non desunt:quia intelliguntur:nec pronomẽ deest. Nec tamen si addatur uitupanda sit cõstructio. Est enĩ quãdo amplioris cã significatiõis adiũguntur ea quæ possunt etiã si non addantur ĩtelligi:ut legis?etiã lego. Ecce enĩ quis hic aduerbiũ etiã per se positum intellectum habeat uerbi prædicti:in interrogatione tamen additũ nõ fecit uitiosam orationẽ:sed magis certiorẽ. Firmior enĩ fit responsio duplici cõfirma-

tione. Similiter unũ hoĩem dicimus ãbulare ad diuersoꝝ multitudinẽ non ideo ꝙ ipsi
homini cũ singulariter dicimus nõ inhereat etiam unius numeri intellectus. Iteꝝ ad om
nium abnegationẽ dicimus nullũ ãbulare. Neminẽ inueni singulari numero numerũ
adiungentes singularẽ. Eodẽ igiť modo cũ absoluta & nõ discretiua inẽ ꝓlatio dicim9
absq; ꝓnoĩe disputo disputas. Sin aũt discretionẽ alicuius rei uolumus mãifestare addi
mus ꝓnomẽ: cuius ẽ ꝓpriũ discernere ꝑsonas. Nõ. n. ut iudicemus ꝑsonã hoc facimus
eam. n. habẽt in se uerba. Vnde infinita eoꝝ quia deficiunt ꝑsonis egent uerbis ĩdicatiuis
ut q̄d deest ex his assumant. Ergo discretionis causa: & maxime si cõiunctio assumiť ꝑ
nomẽ additť uerbo: ut ego quidẽ affui: tu uero nõ. Ego quidẽ scripsi: ille uero legit. uel
ãplioris cã significãtiæ: ĩ quo tantũ ad alios oẽs uideť fieri discretio: ut Cicero ĩ primo ĩ
uerri. Nos nõ dico apte consules nos desumus. Intelligimus. n. ꝙ nemo alius nisi nos.
Teren. in andria. Ego tibi furcifer si uiuo ostendã quid sit ꝑiculi dominum falere: & illi
patrẽ. Et prima quidẽ uel sc̄da ꝑsona uerboꝝ nisi discretionis uel significatiõis causa nõ
egẽt ꝓnoĩbus. Quippe cũ sint finitissimæ singulisq; uocibus pares habeãt & præsentes
demonstrationes: Tertiæ uero cũ sint inumerabiles una uerbi uocæ utentes necessario
confusionẽ faciunt infinitam. Itaq; cõuenienter ad eandẽ discernendã: ꝓnoĩa quæ sunt
finita tertiis uerbi ꝑsonis adiunguntť: ut ꝑ eoꝝ adiectionẽ incerta significatio finiať: ut
scribit hic scribit ille: scribit ipse scribit is: scribit idem. Salustius in catilinario. Verũ. n.
uero is demũ mihi uiuere atq; frui aĩa uidetur. Is in hoc loco & relatiuũ & discretiuũ est
ad oẽs. In ꝑsonalia quoq; uerba cũ per se infinita sint ꝑsonaꝝ & numeroꝝ additione ꝓ
noĩum diffiniunť: & loco perfectoꝝ ꝑ oẽs modos accipiunť uerboꝝ: ut curriť a me: a
te: ab illo: a nobis: a uobis ab illis. Impatiuo currať a te: ab illo a nobis a uobis ab illis.
Similiter optatiuo utinã curreret a me a te ab illo: a nobis a uobis ab illis. Sic etiã ꝑ ce
tera frequentissime tamẽ sine additione ꝓnoĩum ꝓferunť: & ipsum actum significant
licet deficiant ꝓnoĩa: ut Iuuenalis in tertio. Curriť ad uocẽ iocundã: & carmen amicæ
thebaidos. Virg. in primo æneidos. O dea si prima repetens ab origine pergam Et ua
cet annales nostroꝝ audire laborum: deest enim tibi. Idem in eodem. Mecũq; fouebit
Romanos reꝝ dominos gentemq; togatam: Sic placitum est: deest mihi.

De Impersonalibus.

PAssiuam quidem uocem habentia: ablatiuo uel datiuo more passiuoꝝ iungũ
tur: & intransitiue intelliguntur: ut curriť a me uel mihi. Actiuam uero si sint
a ꝑfectis uerbis eorum cõstructionẽ seruant: ut iuuat me quia iuuo te. Virg. in
secuudo geor. Et iuuat undantem buxo spectare cithoꝝ. Placet mihi quia placeo tibi:
cõtingit mihi: quia cõtingo tibi. Similiter euenit accidit: cætera quoq; datiuo copulanť
& ĩ transitiua sunt: ut licet uacat libet mihi. Exceptis quæ accusatiuũ simul & genetiuũ
assumunt: pœnitet pudet tedet piget miseret me illius. Duo ĩueniunť quæ cũ genitiuis
alioꝝ oĩum casualium applicantur. quinq; tantũ solis ꝓnoĩbus quoꝝ similes sunt ge
nitiui primitiuoꝝ genetiuis deriuatiuoꝝ ne cõcidant ablatiuo possessiui pro genitiuo
primitiui cõstruunť: Interest mea tua sua nostra & uestra: in quibus subauditť in re: id
est in utilitate mea tua sua nostra. Nam si dicamus interest uel refert mei tui sui nostri
uel uestri non ad primitiuam ꝑsonam sed ad possessionem intelligitur: ut interest mei
filii uel fratris: uel tui uel sui: uel nostri uel uestri. Cum cæteris enim quoq; omnibus ca
sualibus: idest nominibus uel pronominibus ꝑticipiis supradicta uerba coniuncta ge

nitiuũ exigunt casum: ut interest impatoris: interest meoꝝ natoꝝ interest docentis: id est prodest docenti. Nã pticipia tã noium q̃ uerboꝝ sibi defendunt structurã: & uerborum quidem cõstructionẽ seruant: quando uel absoluta uel trãsitiua sunt ad alia casualia: quibus ad cõsequentiã uerbi cõiungunt̃. Absoluta ut spirãs uiuo ambulans cogito quia spiro & ambulo absoluta sunt. Transitiua misereor tui: miserẽs tui: noceo tibi nocens tibi: laudo te laudãs te: potior illa re: potiens illa re: & hoc quidẽ fit secundũ uerbũ Secundum nomẽ aũt pticipia cõstruunt̃ quemadmodũ uerba uel in transitiuæ cũ noia tiuo: uel trãsitiuæ cũ obliquis noium ponunt̃: sic etiã cũ pticipiis intransitiuæ: ut Vir. scribens floret: ego intelligens delector. Trãsitiuæ ut egeo miserantis: cõsentio miserãti uideo miserantẽ potior miserãte. Hæ enim cõstructiones obliquoꝝ ad similitudinem noium uel ꝓnominũ fiunt: ut indigeo illius: indigeo pascentis faueo legenti: quomõ & faueo amico: & faueo illi: accuso illũ: accuso hoiem: similiter accuso legentẽ. Dignor te laude: dignor te illa re: dignor te celebrante. Est tamẽ quado in noium uim transeunt pticipia: & genetiuo coniungunt̃ relicta uerboꝝ ordinatione: ut fugitãs lites pticipium est: fugitans litium nomẽ est. Amãs illum: similiter participiũ amãs illius nomẽ: unde & cõparatur amantior amãtissimus. Præfectus urbi pticipiũ: quia & præficior urbi dicimus: pręfectus urbis nomẽ ẽ. Participiũ aũt cõpationẽ hẽre non põt: cum loco uerbi fungatur qđ cõpatione penitus erat quãtũ est in sua uoce. Nã adiectione aduerbii possunt comparari: ut Virg. in primo æne. quã Iuno fertur terris magis oibus unã Posthabita coluisse samo: Similiter pticipio additur magis hũc colẽs: q̃ illum. Et nomẽ quidem loco uerbi fungitur. ad uerbum uero loco nominis: ut faciens eloquentem dico: pro qui facit eloquentem: laudo legentem quomodo laudo lectorem. Nec mirũ pro utroq; fungi cum utriusq; accidentia possideat. Et sciendum ꝙ si præponatur coniunctio casuali necesse est aliquam quoq; partem casualem copulari: & ad utranq; uerbum referri: ut & Dionysius loquitur & Trypho: & Apollonius scripsit & ego: & uigilans proficit & legens: & econtra si uerbo præponatur coniunctio: necesse est aliud uerbum ei coniungi & ad utrunq; aliquid casuale referri ut & scribit & legit Trypho: & pugnat & uincit æneas. Licet tamen uerba primæ & secundæ personæ repetenti nihil casualium adiungere: & perfectam orationem ostendere: ut & lego & intelligo. & doceo & doceor: & scribis & cogitas. Nam ipsa demonstratio loco casualis alicuius fungitur: cum & pronomen & nomen per eam intelligitur tam in prima q̃ in secunda persona. Nam tertia uerbi persona: quæ infinita est eget aliquo casuali. Quod autem fit in nomine: hoc etiam in aduerbio ꝙ ui adiectiuum est uerbi exigit ratio fieri: ut & bene & docte scribit: Necesse est enim coniunctiones præpositas uel diuersas personas coniungere: quæ sunt in casualibus: uel qualitates quæ sunt in aduerbiis. Communiter autem actum uel passionem necesse est consequi: quæ est in uerbo uel participio: uel actus uel passiões copulari. Cõmunes autem personas consequi uel qualitates ipsi actui accidentes geminari: & tunc actũ inferre. Si enim non præponatur coniunctio licet diuersas inferre partes: ut scribit Dionysius & tripho: scribit dionysius & legit: Si enim præponam coniunctiones dicẽdo & scribit dionysius necesse est alterum uerbum subiungere & dicere. & scribit dionysius & legit. Rursus si dicã & Dionysius scribit: necesse est alterũ casualẽ inferre: & dicere & dionysius scribit & Apollonius. quippe cũ præposita coniunctio copulatiua uel disiunctiua omnimodo cogit consimilẽ partẽ repeter̃ idest uel casualẽ: uel carentẽ casu

& eundem casum uel modum: ut & scribo & intelligo: uel scribo uel intelligo: & meus seruus & tuus uel meus seruus uel tuus. Sciendum tamen est ꝙ licet genitiuis in huiuscemodi constructione copulare nominatiuos possessiuorũ. Quippe qui uim genitiuorũ primitiuorũ suorũ possident: ut pulcherrimi sunt & homerici uersus & Virgilii. Similiter licet dicere & Agamemnonis filius: & Menelai filia sociati sunt: & frater noster & uestri: & meus seruus & illius. nec solos noĩatiuos possessiuorũ. sed quoscunq; casus bene possumus cũ genitiuis possessiue prolatis coniungere: ut ager meus est & fratris & tua est ciuitas & oĩum: & mei filii est hæreditas: & cognatorũ & meo seruo & fratris dedi: & meũ amicũ & patris diligito: & mei filii & uxoris meæ: & meo filio delector & castæ matris. Similiter oĩa possessiua possunt proferri tã noĩa q̃ pronoĩa. Genitiuos quoq; & ablatiuos ĩuenimus coniungi uerbo ĩpersonali: quod est ĩterest & refert de quibus supra diximus: ut ĩterest mea & patris r̃fert tua & ĩperatoris. Modos quoq; ut diximus necesse est supradictis coniunctionibus præpositis eosdẽ plærũq; adiungi ut & legis & discis: & lege & disce: utinã & legeres & disceres: utinã aut legeres aut disceres: cũ & legas & discas: cũ aut legas aut discas: cupis & legere & discere. Licet tamẽ uariar̃: ut & legisti & lege: & legisti & utinã legas Casus quoq; eosdem sociari exigunt copulatiuæ uel disiunctiuæ præpositæ uel ĩterpositæ coniunctiones quando unũ uerbũ ad eos refertur ut ego & tu legimus: uel mei uel tui miseretur: & mihi & tibi prodest: uel me uel te lædit uel Cicerone uel Virgilio delector. His constructionibus ĩueniuntur quædã contraria apud auctores: licet non repetantur coniunctiones supradictæ sed hic ĩterponant̃ quo modo si repetantur. Virg. ĩ primo æneí.. Succinctã pharetrã & maculosæ tegmine lyncis Aut spumantis apri cursum clamore prementẽ. Sed melius ĩ quibusdã codicibus sine m pharetra ablatiuus ĩuenitur. Quidã tamen lyncis cursum a cõmuni accipiũt. Idẽ in. vii. Quod scelus aut laphytis tantũ: aut calydona merentẽ. Sed melius hic quoq; in quibusdã codicibus ĩuenitur: Quod scelus aut laphytis tantũ aut calidone merẽte. uel aut laphytas aut calidona merentẽ. Eandẽ quæstionẽ habet etiã illud. Iustitia ne prius mirer belline laborũ. Sed ĩuenitur etiã iustitiæ ne prius q̃d est aptius. Similes. n. quæq; coniunctio dubitatiua uel ĩterrogatiua exigit casus. Hoc autẽ sæpe fit ubi anceps ẽ cõstructio dictionũ. Nã & succingor hanc rẽ & hac re succingor dicimus. Virg. ĩ. vii. Palla succincta cruenta. Idẽ ĩ. iiii. ænei. Tuũq; dulce capud magicas ĩuitã accignier artes. & Mars perdere gentẽ Immanẽ laphytũ ualuit: concessit ĩ iras. Ipse deũ antiquã genitor calydõa dianæ: Quod scelus aut laphytis tãtũ: aut calydõe merẽte: & q̃d scelus aut laphytas tantũ aut calydona merentẽ. Vtrũq; etiã bene dicitur & miror iustitia & iustitię Et rectius quidẽ ad præpositũ casum esse etiã consequẽtẽ ĩterposita cõiunctione. nõ tamẽ penitus absq; ratione esse uidetur: siquid tale ĩueniatur apud auctores. Pronominũ obliquis casibus coniuncta uerba duas exigunt personas efficientis & efficiendi. i. agentis & patientis: ut misereris mei: das mihi: uides me: dignaris me. Similiter ĩ omnibus casualibus: & ĩ reciprocationibus personarũ hoc est quando eadẽ persona & agit & patitur. & utimur eiusdẽ cõstructionibus ut misereor mei ĩuides tibi orat se ille & similia. Nulla præpositio ꝑ cõpositionẽ põt pronomini adiũgi: Itaq; ꝑ solã appositionẽ obliq̃s casibꝰ eorꝶ pręponit̃: apd̃ gręcos q̃dẽ ferre oĩbus: excepto uocatio. Apd̃ nos uero actõ soli uel ablatiuo. ut ad uos: ĩ nobis. Vnde mecũ tecũ secũ nobiscũ uobiscũ nõ accipienda sunt cõposita: q̃uo nec quocũ q̃cũ q̃buscũ & similia. De accẽtu aũt ĩ libro q ẽ d̃ pno

mine ſufficienter dictũ eſt. Noibus uero præpoſitiones adduntur tam per appoſionẽ q̃ per cõpoſitionẽ. per cõpoſitionẽ quidẽ quæ fit ĩ noĩatiuo cuius ſeruant cõpoſitionẽ etiã obliqui: ut indoctus ĩdicti ĩdocto ĩdoctũ ĩdocte. Per appoſitionẽ uero ſupradictis duobus obliquis caſibus: uerbis uero & aduerbiis per ſolã cõpoſitionẽ adiunguntur præpoſitiones. Participiis autẽ tã ſecundũ uerbi cõpoſitionẽ q̃ ſecundũ nois appoſitionẽ: ut perlegens a perlego: efficiens ab efficio: ad legentẽ a legente: ut ad puerũ a puero. Sciendũ tamen ꝙ recta ordinatio exigit ut pronomen uel nomen præponatᷣ uerbo: ut ego & tu legimus. Virgilius & Cicero ſcripſerunt. Quippe cũ ſubſtantia & perſona ipſius agentis uel patientis: quæ per pronomẽ uel nomẽ ſignificatur: prior eſſe debet naturaliter q̃ ipſe actus qui eſt accidens ſubſtantiæ: licet tamẽ & præpoſtere ea proferre aliquẽ auctorũ uſurpatione fretũ. Et prima & ſecunda perſona uel ĩ ſe r̃ciprocantur: uel ĩ alias diuerſas tranſeunt cũ non abſolutis uerbis adiunguntur. In ſeſe quidẽ reciprocãtur: ut miſereor mei: miſereris tui: noceo mihi: noces tibi: laudo me laudas te: In alias uero diuerſas tranſeunt: ut miſereor illius: miſereris mei: noceo tibi: noceo illi: laudo te & laudas illũ. Tertia uero perſona: non ſolũ eadẽ patitur: ſed etiã ĩ aliã tertiã extrinſecus põt tranſire. Quippe cũ diuerſæ ĩ ea poſſunt eſſe perſonæ quod & ĩ prima & ĩ ſecunda non ĩuenitur. Quippe cũ ſint finitiſſimæ & uocibus unicæ: ut iſte accuſat illũ: & ille hunc: & ĩ ſe reciprocatur eadẽ ut ille accuſat ſe. Prima autẽ ĩ aliã primã tranſire nõ poteſt: nec ſecunda ĩ aliã ſecundã: ſcilicet quia nec poſſunt eſſe diuerſæ primæ & ſecundæ: ſed uel ĩ ſe reciprocantur ut dictũ eſt: uel tranſit prima ĩ ſecundã uel tertiã: & ſecunda ĩ primã uel tertiã: ut uideo te uideo illũ. Tres igitur perſonæ eandẽ quidẽ conſtructionẽ habent reciprocam unã: ut proſum mihi: prodeſt tibi: prodes illi. Tranſitiuã uero prima quidẽ & ſecunda perſona ad binas perſonas: ut proſum tibi: proſum illis: prodes mihi: ꝑdes illi. Tertia uero ad tres: ſuperat enĩ hac una ꝙ tertia ĩ aliã tertiã tranſitiue profertur: ut ille prodeſt mihi: prodeſt tibi: prodeſt iſti.

De conſtructione deriuatiuorũ ſecundum perſonam.

Oſſeſſiua tamẽ quia duas continent perſonas ideſt poſſeſſoris: & poſſeſſionis neceſſario tribus conſtructionibus ordinantur cũ eoꝝ primitiua duas habeãt reciprocã: ideſt ſui paſſam: quam græci ἰδιοπαθῆ uocant: & tranſitiuam. Sui paſſam: ut uideo memet. Tranſitiuã ut uideo te uel illũ. Poſſeſſiua uero modis conſtruuntur tribus cũ uerba a poſſeſſore ĩ poſſeſſionẽ: & a poſſeſſione ĩ poſſeſſorẽ: uel extrinſecus transferantur a poſſeſſore ĩ poſſeſſionẽ: ut doceo meũ filiũ: doces tuũ diſcipulũ: docet ille ſuũ auditorẽ. A poſſeſſione uero ĩ poſſeſſorẽ: ut paret mihi meus filius: paret tibi tuus cliens: paret illi ſuus ſeruus: Extrinſecus: ut doces tu: uel docet ille meũ filium doceo ego: uel docet ille tuũ filiũ: doceo ego uel tu ſuũ illius filiũ: ſed melius hoc per retranſitionẽ fieri dicitur: ut rogat me ille ut doceã ſuũ filiũ. Cum enĩ ſuũ ſit relatiuũ: exigit ut prius cognoſcatur perſona ſui poſſeſſoris ad quam refertur. Et ſciendũ quod omnia illa poſſeſſiua poſſeſſoris quidẽ perſonã ſecundũ primitiuũ ſignificant. Poſſeſſio uero ipſa tertiæ eſt perſonæ: ut meus tuus ſuus: q̃uo & noĩa quibus cuniunguntur ut meus pater tuus filius. Excepto uocatiuo: qui ſolus ĩ primæ perſonæ poſſeſſiuis ĩuenitᷣ cũ ſecundæ copuletᷣ pſonæ: ut o mi pater: o mea tu: o noſter chremes. Oĩa tamẽ poſſeſſiua ĩ genitiuos primitiuoꝝ etiã uerbis ſociata poſſunt r̃ſolui: ut amicũ meũ moneo pro amicum mei & Euandrium filium Turnus interfecit: pro Euandri filium: & Daunius

filius ab Aenea uictus est: pro Dauni filius. Hoc autē iterest iter possessiuū pronomen meus tuus suus: & primitiuū mei tui sui ꝙ uoce possessiui genus & casus & numerus ipsius possessionis ostenditur. Et substantiua quidē uerba possessiuis coniūcta ad possessores referuntur: ut tuus sum filius: meus es pater: suus est illius seruus: in una eademq; persona possessor simul & possessio itransitiue itelligi non potest nisi figurate dicat aliquis: meus ego sum seruus & dominus: & similia: Persius. Vindicta postq̃ meus a praetore recessi: & Euripides ἐγὼ δὲ ἐμὸσ εἰμί. Sin autē aliquibus uerbis ea sociamus ad ipsarū possessionū actū uel passionē pertinentibus necesse est: cū in prima & in secunda esse persona itelligatur. Primitiua quoq; eis pronoīa adiungi: quomodo etiā noībus: ut tu meus filius legis: ego tuus pater doceo: & tu Virgilis doces: ego Priscianus doceor. In eis enī constructionibus uerba quae non substantiā significant ad ipsas possessiones nō ad possessores pertinent: idest quando noīatiuis possessiuorū adiunguntur uerba. Sin autē ī una eadēq; persona uerborū obliquo coniungatur pronoīs casui necesse est reciprocationē: idest sui passionē fieri & eandē personā agere aliquid in se simul: & a se pati ut misereor mei: iuideo mihi: īcuso me. Et sciendū ꝙ graeci quidē cōpositis utuntur pro noībus ī sui passione: idest ἰδιοπαθεῖα ut ἐμαυτὸν διδάσκω: σεαυτὸν διδάσκεισ: ἑαυτὸν διδάσκει. Hoc idē etiā ī possessionē transitione facta a possessore faciunt idest genitiuo cōposito primitiui pronoīs utuntur pro obliquo possessionis: ut τὸν ἐμαυτοῦ υἱὸν αὐτὸσ παιδεύω. τὸν σαυτοῦ δοῦλον τύπτεισ. τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν παιδεύει. pro his aūt oībus latini simplicibus utuntur pronoībus Homerū sequentes qui simplicibus ubiq; etiā pro compositis utitur pronoībus: ut mei misereor: & mei filii misereor: mihi noceo: & mei filio noceo: me accuso: & mei filiū accuso. Saepe tamē etiā ī reciprocationibus solemus uti assumentibus syllabas pronoībus: quibus discretionis quoq; causa utimur: ut mihimet iuideo: tibimet ipsi noces: sibimet ipsi prodest. Illud quoq; notandū quod possessiua pronoīa primae & secundae personae siue possessoris sui: siue extrinsecus personis bene copulantur: tā egentia q̃ patientia: siue ī se ipsa reflectantur. i. reciprocent̄: ut meus filius uel tuus diligit me: diligit te: diligit illū diligit se filiū meū uel tuū diligo ego diligis tu diligit ille. tertiae uero personae pessessiuū sine uoce altera significante possessorē non potest adiungi alii personae per se. Si enī dicā suus seruus ministret tibi uel sibi: solœcismū facio: quia ī possessiuo primae & secundae personae: sicut ostendimus recte construitur cū quacunq; persona copuletur. Nec mirꝫ cū primae secundae personae possessiua finitas habeant possessorū personas: qupipe ī unicis uocibus primitiuorū constitutas: & demonstratiuis. Tertiae uero personę possessiuū non solū ad omnes uoces pronominū tertiae personae: uerū etiā ad omnes ꝑsonas noīum potest referri: ut suus istius illius ipsius hominis: sine quibus additis perfectū sensum non habet. Idē fit etiā per obliquos casus: ille uel iste: uel homo suae opis īdiget: suo filio parcit: suū morē sequitur. Nec mirum hoc fieri ī tertiae personae possessiuo: cū uim genitiui possideat sui primitiui quod uel r̄ciprocū est: idest sui passum ἰδιοπαθὲσ: uel retransitiuū ī quo necesse est prius persone tertiae significationē uoce aliqua fieri: ad quā iste genitiuus uel reliqui eius casus referantur: ut ille sui miseretur: ille sibi donat Virgilius se celebrat. Et pro cōposito graeco ἑαυτοῦ ut diximus accipit̄: quod apd̄ graecos ī tribus quidem īuenitur personis: & uel ī se reflectit actū suū: uel ī possessionē suā: ἐμαυτοῦ κήδομαι: καὶ τοῦ ἐμαυτοῦ δούλου κήδομαι. σαυτὸν τύπτεισ καὶ τὸν σαυτοῦ δοῦλον τύπτεισ. ἑαυτῷ χαρίζεται. καὶ τῷ ἑαυτοῦ ἀκροατῇ χαρίζεται.

Igitur apud latinos supradictorũ compositorum pronominum nisi in tertia non habemus significationem persona: idest sui sibi a se. Ideoq; etiam nominatiuo caret: quomodo supradicta apud græcos composita: & illi quidẽ siue ἰδιοπαθεῖα fit: idest reciprocatõ uel sui passio: siue ĩ possessiua transitio fiat utuntur supradictis cõpositis: ut ostẽdimus Nos uero primitiuis quidẽ sui sibi se a se uel per reciprocationẽ: ut sui potitur: sibi ĩdulget. Vel per retransitionẽ: ut hortatur me ille ut sui potiar: rogat te ille ut sui ĩdulgeas: Possessiuis uero cũ ĩ ea possessiuorũ fiat transitio: ut sui serui miseretur: & suo seruo prodest: & suũ seruũ diligit. Nec aliter tamen potest supradictũ possessiuũ tertiæ personæ construi cũ aliis extrinsecus personis nisi per transitionẽ: quomodo & primitiuũ eius nisi prius a possessore eius proficiscatur ĩ aliã uerbi personã. Et sic ab illa rursus ad possionẽ tertiæ sicut & ad se: ut rogat me ille ut suus seruus ministret mihi uel tibi: precatur ut sui patris miserear: petit te ut suo ꝓpris filio. obsecrat Cicero Varronẽ ut suũ erudiat natũ. Et notandũ ꝙ cum a tertia ĩ tertiã fit retransitio personã: ĩdubiũ uenit possessio: ad quã pertinet earũ: ut rogat iste illũ ne suo noceat filio. Ambiguũ est cuius suo filio: istius an illius: idest rogantis: an eius qui rogatur: quomõ & apud græcos: παρά ἀλεῖ πλα. τῶν ἀριστοτέλην τὸν ἑαυτοῦ φίλον παιδεύειν: dubiũ fit utrũ Platonis: an Aristotelis suũ.

¶ De secunda differentia pronominum possessiuorum tertiæ personæ ad alia possessiua.

Omniũ possessiuoꝝ tã noĩum ꝗ ꝓnoĩum ꝑ quecũq; casum ꝓlatoꝝ loco licet genitiuis uti primitiuorũ: ut euãdri filius pro Euãdrius filius: & Euandri filii: ꝓ Euandrii filii: & Euandri filio pro Euandrio filio: & Euandri filiũ pro Euandrium filiũ: & Euandri fili pro Euandrie fili: & ab Euandri filio pro Euandrio filio. Similiter per omnes casus tã singulares ꝗ plurales: licet tã pronoĩbus ꝗ noĩbus uti. Itaq; licet genitiuos quorũcunq; casualiũ cum possessiuis per quecũq; casum prolatis coniungere ut mea causa labora & illorũ: meũ patrẽ honora: & Catonis: tuo patri parce & fratris tuũ ĩperatorẽ & cõmilitonũ sequere: o noster & fratris mei pater: sua ille confidit & patris uirtute: similiter figuratur constructio ĩ omnibus possessiuis. Terentius in andria. Meo studio atq; hospitis. Et tamen aliqua differentia ad genitiuum primitiui in possessiuo etiam tertiæ personæ: cuius nominatiuo tunc utimur: quando ad suum possessorẽ possessio transitionem facit: & non ad alium: ut indiget illius: uel Cicerõis suus filis præstat illi uel Ciceroni suus filius: uidet illum uel Ciceronẽ suus filius: bene meretur de illo: uel de Cicerone suus filius. Similiter passiua quæ a possessore solo noĩatiuum possessionis exigunt: ut amatur ab illo uel a Cicerone suus filius. Necnon tamen tã noĩatiuo ꝗ aliis casibus possessiuis licet uti cum possessorẽ ostendimus extrinsecus facientẽ transitionẽ ad aliquã aliã personã: pro sua possessione. ut rogat me ille: ut suus legat apud me filius & ut suus doceatur a me filius: & sui miserear filii: & ut suo donẽ filio: & ut suũ sequar filium: & ut suo potiar filio: cum in possessiuis primæ & secundæ personæ licet etiam non possidentes construere sic: accusas meum filium: misereor tui filii: inuidet ille meo filio. Discretionis quoq; causa uel abundantiæ solet cum genitiuo possessoris addi nominatiuus possessiui: ut suus est Homeri mos: itelligitur non alterius: & suus Ciceronis filius hæres est patris constitutus: suus dicitur ad discretionem illius qui secundum legẽ suus non est. Idẽ sub potestate patris legitimi nõ est: ꝙ autẽ suus ꝑ uniuscuiusq; ꝓprio accipit̃ confirmat. Virg. ĩ geor. molles sua thura sabæi. Terẽ. ĩ phor. Quot

homines tot sensus suus cuiq; mos est. Si autem ĩ possessionem fit a possessore transitio obliquis possessiui utuntur: ut Cicero miseretur filii sui: præbet suo filio: aspicit suum filium: potitur suo filio. Si extrinsecus fit transitus in possessionem tertiæ personæ suf-ficit genitiuo uti ipsius possessoris: ut misereor filii Ciceronis: accuso filium Ciceronis potior filio Ciceronis. Licet tamen addere etiam possessiui casus consequentes: uel di-scretionis causa uel abundantiæ: ut egeo ingenio sui Ciceronis: benedico ingenio sui Ci ceronis & similia: Illud quoq; sciendum ꝙ cum in aliis possessiuis liceat genitiuo uti pri mitiuo pro omni eorum casu: quod ostendimus. In hoc quoque possessiuo pronomine tertiæ personæ quomodo in aliis tunc utimur cum ipse possessor aliquid agat in pos-sessionem suam: & cum ĩ aliam personam transitum ostendatur facere pro sua possessi-one: ut amat ille suũ filiũ: & amat ille sui filiũ: benedicit filio suo: & benedicit sui filio: petit᷑ a me ut prosim suo filio: & ut ꝓsim sui filio. Si ipsa tamẽ possessio ĩ possessorẽ fa-cit transitionem: non est congruũ uti primitiui genitiuo pro possessiuo quia uim habet compositi græci: ut Ciceroni reddit sui filius. non satis cõmode pro hoc dicitur Ciceroĩ reddit suus filius: nec Ciceronẽ laudat sui filius pro suus filius: & similia: quia nec apud nos nec apud græcos bene dicitur: κικέρωνα φιλεῖ ὁ ἑαυτοῦ υἱός: nisi more attico pro sim-plici accipiatur. Et sciendũ ꝙ primitiuũ eius tã singulare q̃ plurale est: licet ĩ possessiuo & unũ & plures possessores eius ĩtelligere pro significatione genitiui ad possessorẽ per-tinentis: ut suus illius filius: & suus illorũ. Nec etiã mirũ si per retransitionẽ Romani utuntur his pronoĩbus: idest sui sibi se a se: & eius possessiuo ut ostendimus. Necnon si ad coniunctionẽ sui etiam in alias personas aliquid agat: ut uocat me ad se: ducit te se-cũ: & trahit omnia ĩ se: uel cũ transitũ fit ĩ aliquos etiã sibi coniunctos: ut ille miseretur eorũ qui secũ uiuũt: uel sibi parentũ: uel secũ degentiũ: dat sibi fauentibus: ĩcusat secũ certantes: ĩuidet se ĩdigentibus. Et uidentur hæc oĩa possessiuorũ uim habere & similia Nec ĩcongrue uidentur huiuscemodi constructionẽ habuisse: cũ attici quoque soleant cõpositis ĩ huiuscemodi uti constructionibus. Xenophon ἀπομνημονευμάτων primo ἀλ-λὰ σωκράτης γ' ἔφη ὁ κατήγορος τοὺς πατέρας προπηλακίζειν ἐδίδασκε πείθων μὲν τοὺς συ-νόντας αὐτῷ σοφωτέρους ποιεῖν τῶν πατέρων. Idem in eodem ἀλλὰ σωκράτης γ' ἔφη ὁ κα-τήγορος οὐ μόνον τοὺς πατέρας ἀλλὰ καὶ τοὺς συγγενεῖς ἐποίει ἐν ἀτιμίᾳ εἶναι παρὰ τοῖς ἑαυ-τῷ συνοῦσι. Demosthenes καὶ pro Xenophon ἀπομνημο-νευμάτων secundo χαιρεφῶντα δέ ποτε καὶ χαιρεκράτην ἀδελφὼ μὲν ὄντε ἀλλήλοιν ἑαυτῷ δὲ γνωρίμω αἰσθόμενος διαφερομένω. ꝙ autem etiam genitiuo uel datiuo qui loco sit genitiui possessoris: bene additur etiam possessiuũ: ut supra diximus: non solũ nostrorũ sed eti am antiquorũ usus comprobat. Vir. in buco. Et me phœbus amat: phœbo sua semper apud me Munera sunt luari: & suaue rubens hiacynthus. Teren. in adel. suo sibi hunc gladio iugulo: & Plato in timæo μήτε ἄρα ἀργύριον μήτε χρυσὸν μήτε ἄλλο ποθὲν κτῆμά αὐ-τοῦ ἴδιον. Et quod mirum est hoc ipsum τὸ ἴδιον etiam primæ & secundæ adiungitur per sonę apud illos: ut Isæus ἐν τῷ πρὸς εὐκλείδην οὐκ ἂν τὰ ἴδια τὰ ἐμαυτοῦ. Demosthenes ἐν τῷ πρὸς περικλέα. οὐ περὶ τοῦ ἐμὸν ἴδιον

ꝓ quo nos dicimus meũ ꝓpriũ & tuũ ꝓpriũ. dicit᷑ tamẽ & suũ propriũ illius ut non putetur abundare suũ: sep indubitabilem discretionem significa-re. Illud quoq; notandum ꝙ tertiæ personæ possessiuũ ad ĩnumerabiles ut diximus re-

fertur personas possessorum: quippe cum ad omnia tertiæ personæ pronomina: & ad omnia nomina & participia pót referri: ut suus illius: suus istius: ipsius huius: eius suus Virgilii uersus: sua dicétis diligentia. Primæ autem personæ possessiua & secundæ non egent per se prolata adiectione alicuius genitiui: cum uim genitiui finiti in se habeant. Quomodo nec suus eget genitiuo sui primitiui: quem in se possidet: sed extrinsecus alterius uocis propter multitudinem tertiarũ personarum ad quas necessario & primitiuum sui: & possessiuum ipsum refertur: utraqꝫ enim relatiua sunt. Nam meus & tuus nisi ad suorum primitiuorum quæ sunt de monstratiua non intelliguntur genitiuos. Itaqꝫ extrinsecus genenitiuis non egent.

De differentia genitiui primitiui & possessiui.

Vaeritur quæ sit differentia inter genitiuum primitiui & possessiui: mei tui sui nostri & uestri. Et quantum quidem ad uocem nulla: quãtum uero ad sensum hæc est differentia: ꝙ genitiuus primitiui simplicem possessionem significat: possessiui uero duplicem. Si enim dicam mei est seruus: pro meus est seruus: simplicẽ demonstro possessionem. Sin autem dico: mei est filii seruus: duplex ostenditur possessio: mea quidem in filio filii autem in seruo. Frequenter tamen etiam sine nomine licet huiuscemodi possessiua proferre. Et maxima cum de dominis uel coniugibus: uel amicis mentio fit: ut Terentius in andria. Cuius hic puerum apposuisti? uestri: cuius nostri Intelligitur enim domini uel herilis filii. Idem in eadem. Cur meam tibi? subauditur cõiugem uel sponsam. Idem in eunu. O mea tu: subaudiẽdum est amica uel soror. Et omnibus maritis mos est de uxoribus suis dicere mea: & inuicem uxoribus de suis maritis meus dicere per defectionem nominis. Et primitiuorum quidem genitiuus per se ꝓfertur non egẽs alterius genitiui: ut mei filius ambulat: tui filium uideo: mei misereris: tui miseretur: Nam & ad omnem numerum & genus & casum bene construitur primitiui genitiuus. Possessiui uero genitiuus eget semper alterius genitiui eiusdem numeri & generis. Mei filii miserere: tui filii misereor: sui filii miseretur ille: nisi per eclipsim quomodo prædiximus proferatur: & non solum genitiuo primitiui pro omni casu possessiui licet uti: ut mei ager pro meus ager: & mei agrum pro meum agrum: & nostrum uel nostri filius uel filium pro noster filius uel nostrum filium: & similia ut ostẽdimus: sed etiam ipsorum possessiuorum genitiuus cum omni casu secundæ possessionis: idest quæ a possessione possidetur ponitur: ut si uxor loquens de agro mariti sui: uel de alia re dicat Iste ager mei est τοῦ ἐμοῦ semine mei prægnans sum: prolem mei diligo: thalamis mei caste pareo. Nec aliter potest duplex possessio construi sine genitiuo possessiui. Apud græcos etiam articulus huic coniunctus discernit ambiguitatem ὁ τοῦ ἐμοῦ ἀγρός. ἡ τῆς ἐμῆς σωφροσύνη. Quo deficiente latini auctores sæpe faciũt quæstiões: ut Luca. in. iiii. Ac repulit æstus fortior oceani τῶν τοῦ ὠκεανοῦ. Idem in primo. Et tharanis scyticæ non mitior ara dianæ του τῆς ἀρτέμιδος. Similiter dicitur minor uiginti annorum ἡττῶν τοῦ τῶν εἴκοσι ἐτῶν. Nec mirum tantam uim in possessionibus habere genitiuos: cum in cõpositis quoque immobilis maneat idem casus ne si declinetur significatio quoque eius euanescat: ut tribunusplæbis: plæbiscitum: senatusconsultum. Et si a duobus sit genitiuis: uterque manet indeclinabilis: ut huiuscemodi: istiusmodi: illiusmodi: quæ tam cõposita q̃ separata omnibus adiunguntur casibus.

De genitiuo primitiuo & possessiuo tertiæ personæ.

Vi quando est primitiuũ: nominatiuum ut diximus nõ habet quia necesse est ad aliquem alium nominatiuum tertiæ referri personæ hoc ꝓnomẽ & quia trãsitiuorum seruat constructionẽ. Nã uel in se reciprocatur idest ipse ĩ se aliquid agere ostenditur: aut pati ipse a se. In quo necesse est obliquũ aliquẽ poni casum: ut miseretur sui: parcit sibi: accusat se: potitur se. Vel p retransitionẽ aliquã: ut prædictũ ẽ cõstruitur: idest quando ab ipsa ĩ aliã fit ẽtransitio personã: & ab illa ĩ eã retransitio: quæ similiter obliquũ exigit: ut rogat me seruus ut miserear sui: petit me amicus: ut sibi prosim: cõmouet me inimicus ut se accusem: hortatur me uirtus ut se potiar.

Hic ĩtẽdit cõparare ꝓnoĩa græca & latina adinuicẽ.

ET sciendũ ꝙ quomodo cõposita pronoĩa apud græcos noĩatiuo carentia omnimodo ĩ actu sunt: & hic actus uel ad easdẽ personas reciprocatur: idest ĩflectitur uel ad possessiones earũ: Itaq; necessario uerbis copulantur ĩ quibus noĩatiuos eorũ ĩtelligitur ut ἐμαυτὸν κήδομαι καὶ ἐμαυτοῦ δοῦλον τύπτω: σαυτοῦ κήδῃ: καὶ σαυτοῦ δοῦλον τύπτεις. ἑαυτοῦ κήδεται: καὶ ἑαυτοῦ δοῦλον τύπτει. Sic apud nos ĩ hoc pronomine necesse est fieri: ut sui miseretur: uel filii sui miseret᷑. Aut cũ prius uerbũ a tertia ꝓferatur persona transitiue ĩ aliã personã: & iterũ per retransitionẽ ab illa ad eã actus aliquis referatur: ut supra ostendimus. Rogat me ille ut ad se ueniã: petit te ille ut sui miserearis: rogat Turnus eneã ut sibi parcat. Necesse est eñi obliquos casus ad noĩatiuos referri ĩterpositis uerbis. Actũ quidẽ ad noĩatiuos: passionẽ uero ad obliquos reddẽtibus ut Cæsar uicit Põpeiũ. ego te diligo. Passio uero facta per obliquos actiuo coniunctos uerbo transfertur ĩ noĩatiuũ pertinentẽ ad ipsam quæ patitur personã passiuo coniunctũ uerbo: prædictũ uero nominatiuũ qui ad agentẽ pertinet trãsfert ĩ ablatiuũ: ut Cæsar uincit Põpeiũ. Vincitur Põpeius a Cæsare. Ego diligo te. tu diligeris a me. Et græci quidem cõposita ĩuenerunt pronoĩa: idest ἐμαυτοῦ σαυτον ἑαυτοῦ quibus utuntur quando eadẽ persona in sese uel ĩ suã: ut dictũ est possessionẽ facit aliquid: quæ ἰδιοπαθῆ uel ἀντανακαστη uocant idest sui passa uel a se patientia: siue refractiua translatiue a corporibus quæ ĩ se refringuntur. Simplicia uero ἀλλοπαθῆ noĩant: idest extrinsecus passionẽ faciẽtia uel patientia: ut doceo te doceor a te. Nos autẽ quomodo ostendimus superius: simplicibus quidẽ pro utrisq; utimur tã in prima q̃ in secunda persona: secũdũ homericã ut supradictũ est cõsuetudinẽ. In tertia uero persona: idest sui sibi se a se: quod illi seruãt in cõpositis seruamus q̃uis hoc quoq; sit simplex: itaq; & nominatiuo caret sui: quomodo ἑαυτοῦ & omnino uerbo copulatur: quod eius uicem compleat nominatiui: ut sui eget: sibi nocet se incusat: Sed in huiuscemodi quidẽ constructione: idest quando ipsa in se: uel in possessionem suam agit pro composito græco pronomine: idest ἑαυτοῦ ἑαυτῷ ἑαυτὸν accipit᷑: ut sui eget ἑαυτοῦ χρῄζει sibi ĩdulget ἑαυτὸν ἑαυτὸν χαρίζεται: sui seruũ uẽdit ἑαυτοῦ δοῦλον πωλεῖ. Quando uero extrinsecus actus in eum aliquis fieri significatur pro simpli græco: idest αὐτοῦ αὐτῷ αὐτὸν accipitur. Nec aliter tamen hoc fit nisi prius a tertia persona uerbum aliquod: ut diximus proficiscatur ad aliam extrinsecus personam: & sic ab illa per retransitionem ad eam reciprocetur aliud uerbum: ut rogat me ille: ut ad se ueniam: petit te ut sibi des: hortatur milites imperator ut se largo patiat᷑. Illa quo

q; uerba quæ tertiæ personæ acquisitionē aliquā significant: q̄uis nec sui passionē nec trā
sitionē hebeāt supradicti pronominis casibus frequenter construūtur: ut auget ille sub
stantiā sui. defendit Brutus sibi libertatē. Videt ille similē sui: uel sibi hominem. ducit se
cū Aeneas Achatē. Quāuis si quis hæc quoq; altius inspiciat: sui passionis & possessiōis
uim aliquā ostendere ea etiā īueniet. Itaq; apud græcos quoq; cū cōpositis pronoībus ꝓ
feruntur α τεὶ μεὸ ἑαυτοῦ τὸν φίλον Præterea sciendū ꝙ illud quoq; quod apud græcos di-
citur per solos obliquos cōpositū casus ἀλλήλων κηδονται ἀλλήλοισ παρεχουσαιν ἀλλήλο
υσ φιλοῦσι Necessario inuicē actū & passionē alterius ī alterā personā uno eodēq; casu
significat: nec potest noīatiuo proferri: sed habet eius ītellectū ī ipso uerbo. Nostri ue-
ro frequēter pro accusatiuo huiuscemodi cōstructionis accusatiuis utuntur anteceden-
te iter oīum personarū pluralibus: ut Terē. ī adel. Video amare inter se φιλεῖν ἀλλήλουσ
Idē in eadē Age inepte quasi nunc non norimus inter nos: pro γνοίμεν ἀλλήλουσ. Virg.
ī. xi. Cōuersiq; oculos irer se atq; ora tenebant iter se πρὸσ ἀλλήλουσ. Sæpe tamen expla
nandi causa adiicitur īuicē nec solū hoc ī tertia: sed ī prima: ut ostendimus fit: & secun-
da persona plurali. Q uippe quæ possunt ī se diuersas colligere personas: ad imitatio-
nē græci pronoīs: quod caret noīatiuo: simili utimur cōstrīōe: ut ego & tu nosmetipsos
īuicē amamus īter nos: tu & ille īuicē amatis īter uos: aliis autē casibus sine īter quod ac
cusatiuū exigit utimur addentes īuicē ut ego & tu nostri īuicē miseremur ἀλλήλουσ ἐ-
λεοῦμεν. Tu & ille īuicē uobis īdulgetis ἀλληλοισ χαρίζεσθε. Iste & ille īuicē se potiuntur
ἀλλήλοισ ἀπολαύουσι ꝙ si non addat̄ īuicē dubitatio fit utrū per sui passionē singulæ ī
se agāt: altera in alterā. Si dicā iste & ille se amant dubiū eni fit utrū ἑαυτοὺσ ἢ ἀλλήλο
υσ significat. Et ī prima quidē persona licet per cōceptionē secundā assumere & tertiā ut
ego & tu legimus ego & ille scribimus. A secunda uero prima cōcipi non pōt tertia au-
tem potest: ut tu & ille nos metipsos lędītis. Q uæritur cur pronoīa patriæ a solis plu
ralibꝯ tā apud nos q̄ apud græcos: ἡμεδαπὸσ & ὑμεδαπὸσ derinautnr. Ad quod sciēdū
ꝙ idem a solis pluralibus fiunt: quia patria ad plures pertinet non ad unum. Et sciendū
ꝙ quomodo pronomina quæ finita sunt habent & patria & possessiua: ut meus tuus su
us noster & uester: nostras & uestras: Sic etiam nomen infinitum quis uel qui hēt apud
nos non solum patrium cuias quomodo apud græcos ποδαπὸσ: sed etiā possessiuum:
quod tam interrogatiuum esse potest: q̄ relatiuum ut cuius cuia cuium. Sed huius ma-
sculinum in fine acuitur differentiæ causa: ꝙ autem tam īterrogatiua q̄ relatiua possunt
esse: quomodo & primitiua eorum usus comprobat. Virgilius in buco. īterrogantē ꝓ-
tulit. Dic mihi dameta cuium pecus an melibœi Terentius in eunucho. Q uid uirgo cu
ia est? Idem in andria. Quid eam? suam ne esse dicebat? non. cuiam igitur? Cicero ue-
ro in uerrinis de ꝑfectura urbana relatiue posuit. Eadē cuia res est cuiū ꝑiculū. Et neces
se ē oībꝯ ea grauari syllabis q̄do sūt relatiua: q̄uo et primitiua eoꝝ relationē significātia

De constructione pronominum
secundum obseruationes communes.

Pronomina quasdam habēt proprias obseruationes singula: quasdam com-
munes tam cum aliis pronominibus: quā cū quibusdā partibus orōnis. Cū
de propriis igit̄ maxime singuloꝝ superiꝰ dictū est: nūc de cōmunibus dica
mus. Ipse addiectiuū: uel appositiuū dicit̄: quod Apollonius ἐπιταγματικὸν
nominat: nō ꝙ solum hoc pronomē aliis pronominibus uel etiā noībus apponit̄: sed

ꝙ frequẽtius q̃ alia: ut ego ipse: tu ipse: ille ipse. Vir. ipse. Cice. ipse. Inueniũtur enĩ alia
pronoĩa appositiua idest ἐπιταταστικά. Virgilius. Ille ego qui quondã gracili modula-
tus auena. Idẽ in bucoli. Nec tuus hic mœris: nec uiueret ipse menalcas. Idẽ in. vi. æneĩ
Tu ne ille æneas quẽ dardanio anchisę Alma uenus phrygii genuit simoentis ad undã
Per excellentiã igitur hoc pronomẽ. i. ipse quasi propriũ quod est multorũ cõmune ap-
positionis nomẽ possidet. Et sciendũ ꝙ pronominũ oẽs tertiæ personæ possunt per su-
pradictã figurã apponi primæ & secundæ personæ: excepto sui sibi se a se. Prima autẽ
uel secunda persona nec sibi ĩuicẽ nec tertiæ possunt apponi. Nemo enĩ dicit ego tu es
uel tu ego sum nec ego ille facit: uel tu ille facit. Ille autẽ ego facio: & tu ille facis dicitur.
Nã idem appositũ est quod apponitur illi ad quod uerbũ redditur. Græci quoq; primi
tiuã tertiã personã: & ex ea cõpositã idest ἑαυτοῦ ἑαυτῷ ἑαυτόν Secundæ & primæ perso
næ non apponũt: quomõ nec nos sui: quod uim tã simplicis primitiui tertiæ personæ
græci q̃ cõpositi possident apud nos. Pluralẽ tamẽ cõpositã tertiã: quia non habent cõ-
posita a pluribus primæ & secundæ personæ necessario adiungunt & primæ & secũdæ
personæ: ut ἑαυτῶν κηδόμεθα pro ἡμῶν αὐτῶν. ἑαυτῶν κήδεσθε pro ὑμῶν αὐτῶν. Nos autẽ
nec in plurali numero possumus apponere primæ & secundæ personæ supradictũ ter-
tiæ personæ pronomẽ: idest sui sibi se a se. quia & singularis est uox quę nec apud gręcos
apponitur primæ uel secundæ personæ. Nec apud nos q̃uis etiã pro plurali accipiatur.
Et quomodo simplex singulare accipimus etiã pro cõposito per oẽs ꝑsonas: Sic etiam
simplex plurale: ut mei causa facio: ἐμαυτοῦ χάριν ποιῶ. & mei causa facis: & mei causa fa
cit & nostri causa facimus: ἡμῶν ἀντὶ τοῦ ἑαυτῶν χάριν ποιοῦμεν. Nec mirũ diuersas aliquã-
do personas figurate ĩter se copulari. Cũ etiã diuersos casus est ubi bene coniungimus:
ut ĩ illis quæ ex generalibus ĩ specialia: uel ex pluralibus in singularia distribuunt: ut a-
nimaliũ quædã sunt mortalia quędã ĩmortalia. Litterarũ aliæ sunt uocales: aliæ conso
nantes. Triũ saturni filiorũ: unus in cælo: alter ĩ mari: tertius apud inferos regnat. Nõ
enĩ bene dicitur animalia pars est mortalis: pars est ĩmortalis: nec tres saturni filii: unus
in cælo alter ĩ mari: tertius apud inferos regnat. Quanuis Homerus poetica auctorita
te dixerit οἱ δὲ δύο σκόπελοι ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει. quomodo & alii quidã: tam apud
græcos q̃ apud nos. Cũ autẽ fit distributio: bene utimur noĩatiuis: ut litteræ sunt notæ
uocũ: uel cũ uerbũ ad id quod distribuitur: non ad ea quæ distribuunt redditur: ut ho
mines opportuni sunt alii quidẽ ad pacẽ: alii uero ad bellũ: & hoc quidẽ quia in plurale
distribuitur a cõmuni uerbũ habet. Sin uariaueris numerũ quod prædiximus manife-
statur. ut Virg. ĩ buco. Cur non mopse boni quoniã cõuenimus ambo Tu calamos infla
re leues ego dicere uersus. Potest tamẽ & singulare pluralẽ significationẽ habens: uel in
singularia uel ĩ pluralia supradicto modo distribui: & eandẽ constructionis seruare ra-
tionẽ: ut gentis romanæ: pars fuit fortis pars sapiens. uel gentis romanæ alii fuerũt for-
tes alii sapientes: uel gens romana fuit alii fortes alii sapientes Liuius. xli. ab urbe condi
ta. Periti religionũ: iurisq; publici: quãdo duo ordinarii cõsules eius anni: alter morbo
alter ferro periisset: & suffectũ consulẽ negabant comitia habere posse: Ecce hic auctori
tatẽ homeri secutus noĩatiuũ posuit ꝓ genitiuo duo ordinarii cõsules ꝓ duoꝝ ordinari
oꝝ cõsulũ. Ad distributa. n. r̃ddit uerbũ nõ ad cõiũcta. Ex diuersis quoq; casib⁹ solẽt d
riuatia simul & cõposita fieri: ut a medio & terr̃ mediterrãeus: & a medio ãnis: mediãna
a cã & dicẽdo causidicus: a uana loquẽdo uãiloquus: & similia: q̃ & simplicib⁹ deriuata

simul: & cōposita sunt. In huiuscemodi tamen deriuationibus frequēter īuenis transiti-
onē etiā ex alia in altera fieri genera: ut hæc manus: hic centimanus: Horatius. centima
nus gigas: hic sanguis: hic & hæc exanguis & hoc exāgue: hoc caput hic & hæc & hoc tri
ceps: hoc cor: hic & hæ & hoc uecors: hæc mens: hic & hæc & hoc amens demens: hæc ar
ma: hic & hæc inermis & hoc inerme: & inermus inerma inermū. Plurima similiter com
posita ex diuersis generibus uel casibus uel numeris in alia per deriuationē trāseuntia ī
uenis. Nihil igitur mirū tertias quoqꝫ personas pronominum tā primæ ꝗ secundæ figu
ratæ adiungi: quomodo superius ostendimus.

De constructione omnium partium orationis.

Partium orationis quædā habent inter se generaliter sibi accidentia idest nume
ros: & casus & genera: ut nomen pronomē participiū. Quædā personas & nu
meros ut uerbū & pronomē. Quędā tempora: ut uerbum & participiū. Quę
dā nihil ex eis: ut præpositio: aduerbiū cōiunctio & īteriectio: quæ nec declinationē ali-
quā habēt. Quæ sunt igitur declinabiles cū ex propriis figurationibus ad cōuenientes
supradictorū numerorꝫ: uel generū uel casuum: uel personarū: uel temporū consequē-
tias accipiuntur ī orōnis constructione: idest dispositione ad aptā coniunctionē referri
debent: utpote singulare ad singulare: & plurale ad plurale: cū ad unā eandēqꝫ refertur
personā ītrāsitiue: ut ego Priscianus scribo ītelligēs & nos oratores scribimus intelligē
tes: cū eni transitiua sunt uel refractiua: licet diuersis uti numeris: ut docemus discipu-
lū: docemus discipulos: doceo discipulū: doceo discipulos: accuso uos: prosum uobis.
Eadē ratio est ī generibus: ut bonus homo: & iustus & rectus est ille: bona mulier & ca
sta & pudica est illa: boni hoīes & iusti & recti sunt illi: bonæ mulieres & castæ & pudi-
cæ sunt illæ. Similiter & in casibus: mei dolentis ipsius misereor: & illius uel tui dolētis
misereor. teipsum legentē uideo: & meipsū ītelligentē sentio. Cū igit̄ ad unā eandēqꝫ p
sonā & casus & genera: & numeri referuntur: supradicta cōsequentia est obseruāda. Va
riantur autē ut dictū est per transitiones & reciprocationes nō solū casus & numeri: sed
etiā genera: ut illos lædit mulier: & illū lædūt mulieres. Superuacuū est ī re tā manife-
sta usus auctorū testimonia proferre. Illud tamen sciendū ꝙ per figurā quā græci αλλō
ἰοητα uocant: idest uariationem & πρōληψιν uel συλληψιν. idest per præceptionem siue
conceptionem: & per zeugma: idest adiunctionem: uel concidētiam: quam συμπτωσιν
græci uocant. Et præcidentiam uel procidentiam: idest αντιπτωσιν: uel numeri diuersi:
& genera diuersa: & diuersi casus: & tempora: & personæ: non solum transitiuæ & p re-
ciprocationem: sed etiam ītrāsitiue copulantur: quæ diuersis auctorum exemplis tam
nostrorum ꝗ grecorum necessarium esse duximus comprobare. Construūtur igitur di
uersi numeri: ut Virgilius in primo æneidos. Pars in frustra secant: uerubusqꝫ tremen-
tia figunt. Ad sensum enim quia pars troianorum plures in hoc loco intelliguntur: plu
rale reddidit uerbum secant: quomodo Homerus: ὣσ φασαν ἤ πληθυσ:. Salustius ī cati
linario. Interea seruitia repudiabat: cuius initio ad eum magnæ copiæ concurrebāt. Cu
ius eni singulare ad rē rettulit. idest cuius rei seruitiorū. δουκυδιδησ συμε πρησβευοντō
αυτοισ καὶ δορυ συμελαβον πολισ των λακεδαιμονιων. Terentius in eunucho. Si quisqꝫ
est qui placere se studeat bonis ꝗ plurimis. & minime multos lædere In his poeta
hic nomen profitetur suū. Quisquam enim ad multos intelligit. quomodo idem:

Aperite aliquis actutum. σοφοκλησ ἐν ἀντιγόνη ὅστισ τὰ φρόνει η. Diuersa genera similiter cõstruunt̃. Virgilius ĩ bucolicis. Dulce satis humor depulsis arbutus ædis: Lenta salix fœto pecori: mihi solus amyntas: Ad dulce. n. quod est neutrũ tã fœminina q̃ masculina reddidit. In codẽ. Triste lupus stabulis maturis frugibus imbres: Arboribus uenti: nobis amarillidis iræ. Idẽ ĩ primo ænei. Nimbo℞ ĩ patriã loca fœta furẽtibus austris Aeoliã uenit: Idẽ ĩ tertio georgi. Sũt & amineæ uites firmissima uina. Idẽ ĩ primo ænei. Cymothoe simul & triton annixus acuto Detrudũt naues scopulo. Luca. ĩ primo. Hic leges & plębiscita coactæ. Vir. in octauo. Qualis eram cũ primã aciẽ pręneste sub ipsa Straui. Cum. n. præneste nomẽ oppidi ꝓpriũ neutrũ sit: ad ĩtellectũ urbis reddit sub ipsa: quõ Terẽtius ĩ ꝓlogo eunuchi. In eunuchũ suã dixit: ad comœdiã referẽs ꝓnomẽ. Virg. ĩ. xii. Dictãmum genitrix cræteа carpit ab ida Puberibus caulẽ foliis. & flor̃ comãtem Purpureo: nõ illa feris in cognita capris Gramina: cũ tergo uolucres hæsere sagittæ Hoc uenus obscuro faciẽ circundata nimbo Detulit hoc fusum labris splẽdentibus amnem Inficit occulte medicãs: spargitq; salubris. Vide quõ diuersa genera: & diuersos numeros in supradicta figura ἀλλοιότητοσ. i. uariatiõis auctoritas confũdit. Græco℞ quoq; auctores freq̃uẽter huiuscemodi utũt̃ figuratiõibus ut Home. πᾶσιν ὀρίνεν θυμὸσ ἐκείνη. Diuersi quoq; casus uel casus ꝓ casibus figurate tã a nostris q̃ a græcis sæpissime ponunt̃. ut Virg. in primo ænei. Tu mihi quod cunq; hoc regni: tu sceptra iouẽq; Concilias: hoc regni: pro hoc regnũ. Idẽ in primo Vrbẽ quã statuo uestra est: subducite naues: pro urbs quã statuo. Terẽ. in andria. Dii ĩmortales: quid turbæ est apud forum: quid illic hominũ litigãt: ꝓ quot hoĩes. Idẽ in eodẽ. Ex andro cõmigrauit huic uicinię: ꝓ ĩ hãc uiciniã. In eadẽ. Quas credis esse has: nõ sunt uere nuptiæ. Idẽ in phor. Cũ eius aduenti mihi uenit in mentẽ genitiuũ posuit pro nominatiuo. Cice. in primo uerrina℞. Nam ita mihi uelim deos propitios ut cum illius mihi tp̃is ueniat in mentẽ: nõ solum animo sed etiã toto pectore per horresco. temporis illius ꝓ tempus illud. Idẽ in secundo uerrinarũ. Fac tibi acilię legis ueniat in mentẽ: pro acilia lex. Virg. in tertio georgi. Et crurũ tenus a mẽto palearia pendẽt. pro cruribus tenus. Idẽ ĩ octauo ænei. Volat hasta tago per tẽpus utrũq;: pro in tagũ. Salustius in catilinario. Prętèr rerũ capitaliũ condẽnatis: pro condẽnatos. Idẽ in primo historiarũ: Nã a primordio urbis ad bellũ persi macedonicũ: pro persis: Virg. in primo ænei. Troas reliquias danaum: atq; ĩmitis achilli: pro achillis. Hora. in quarto carminũ: Hic dies anno redeũte festus: corticem astrictũ pice dimouebit ãphoræ: pro amphora. Teren. in andria. Quid mei faciã: ꝓ quid de me fiet. Idẽ in eunucho: Quid illo faciemus: pro illi. Similiter Cicero in uerrẽ de prætura urbana. Quid illo ꝓ illi mi o parone factũ est. Virg. ĩ primo ęnei. Parce metu cytherea manent immota tuorum Fata tibi: pro ne timeas. Idem in secũdo georgicorum. Libra dies somniq; pares ubi fecerit horas: pro diei. Horatius in quarto carmi. Hic dies uere mihi festus atras eximit curas: mihi ꝓ a me. Demosthenes ἐν τῷ κατὰ κτησιφῶντοσ

Et nostri hac figura sæpe sunt usi: ut Teren. in eunucho. Apparet seruum hunc esse domini pauperis: miseriq;: pro apparet hic seruus. Et in aliis tamẽ plærisq; inuenies græcorum auctoritatem: & maxime antiquorum imitatos latinitatis auctores: quod postea ostendetur. Homerus. huic Terentius in andria: Ita tum discedo ab illo: ut qui se filiam neget daturum.

Iuersa tempora construuntur: ut postq̄ res asiæ: priamiq; euertere gentem Im meritam uisum superis cecidit q; superbum Ilium: & omnis humo fumat neptunia troia: Diuersa exilia: & desertas quærer terras Auguriis agimur diuum classeq; sub ipsa Antandro: & phrygiæ molimur mōtibus idæ. Cecidit est præteriti: fumat autē & agimur & molimur præsentis. Idē i. iiii. æneí. At regina graui iamdudū saucia cura Vulnus alit uenis: & ceco carpitur igni: pro alebat & carpebatur. Et sciendū q̄ tā poetæ q̄ prosarū scriptores frequenter præsentibus utuntur: tā pro præteritis q̄ p̄ futuris. contra autē raro. Teren. i andria. Sed si quid narrare occepi: cōtinuo dari tibi uerba censes: pro occipio uel occipiā. Idē i eunu. Quæ uera audiui taceo: & contineo optime: audiui pro audio uel audiā. Idē i phor. Cur non inquā phormio uides inter nos: inquā pro inquit dixit: quod raro est i usu. Sic eni plærīq; solent ponere inquā quod est futuri loco præteriti: uel etiā præsentis accipientes: Diuersæ personæ: ut Virg. i secūdo æneidos. Diuellimur inde Iphitus & pelias mecū. Terentius i andria. Si hic esses aliter sentias. Et nota q̄ sese ostendens hic d[illegible]it. In qua demonstratione intelligitur etiam ego Liuius. xlvii. ab urbe condita. Certare uel pio certāmine cuiuslibet bonæ artis: & uirtutis ausi sumus cū parentibus quoq; ciuitas suis. Virgilius. Ille ego qui quondā gracili modulatus auena Carmen. Idē in secundo æneí. Quæq; ipse miserrima uidi: Et quorū pars magna fui. Idē in buco. Nec tuus hic mœris: nec uiueret ipse menalcas. Idē i quarto georgicorū. Illo uirgiliū me tempore dulcis alebat Parthenope studiis florentē ignobilis oci. Terentius i phor. Nā ego meorū solus sum meus. Persius postq̄ meus a prætore recessi: Nec solū per genera: & personas & numeros & casus: & tempora: quæ maxime declinabilibus accidunt: de quibus supra ostendimus solent auctores uariare figuras: sed etiā per omnia unicuiq; partiū orationis accidenti: ut puta noī accidunt species genus numerus figura & casus. Per eos igitur quinq; modos iueniūtur uariationibus. idest ἀλλοιότησιν usi auctores: Per species. Optima cælicolū saturnia magna dearū: magna dixit pro maxima positiuū pro superlatiuo: cū aptissime superius: optima cælicolū dixisset: & Virg. i primo æneidos. Tristior & lachrymis oculos suffusa nitentes: tristior pro tristis. Homerus. τὸν δ᾽ ἔκτανε Δαρδάνος ἀνήρ. Dardanus pro dardáius: primitiuū pro deriuatiuo: ut Virg. quoq; i. iiii. æneí. Hauriat hunc oculis ignē crudelis ab alto Dardanus: pro dardanius. Et i secundo. Ipse deos in dardana suscitat arma: pro dardania. Simile est huic & Romulus populus: & romula gens pro romuleus & romulea. De generū: & casuū: & numerorū uarietatibus i supradictis ostendimus. Figuræ quoq; aliæ p̄ aliis solēt ab auctoribus poni: ut Virg. i primo æneí. Totūq; a sedibus imis Vna eurusq; notusq; ruunt pro eruunt: simplex pro cōposito. Similes iuenies uariationes constructionis per omnia cæteris quoq; dictionibus accidenti. Aliæ quoq; p̄ aliis partibus uel dictionibus ponuntur: ut nomen pro aduerbio: ut sublime uolat p̄ sublimiter: & sole recens orto pro recenter. Et contra aduerbiū pro noīe: ut genus unde latinū pro ex quo Et Cicero pro deiotaro. En crimen: en causa cur regē fugitiuus: dominū seruus accuset: cur propter quæ: & iuste pro uere uel uere pro iuste. Et satis pro sufficiens. Euripides αἰτίαντος δίκαιος πόνος pro ἀληθής. Lucanus in primo: Tu satis ad uires romana in carmina dandas. Idem in. vii. Quippe necesse putat pro necessarium. Homerus

dixit quidem satis est multum pro multe. Virgilius i primo æneí. Multum ille & terris iactatus & alto Vi superum: nomen pro aduerbio ponit. Præpo-

ſitiones eſt quando abundant: eſt quando deficiunt: eſt quando aliæ pro aliis ponuntur tã apud græcos q̃ apud nos abundant: ut Iſocrates

¶ Noſtri quoq; frequenter utuntur hac abũdãtia præpoſitionis. Terẽ. ĩ andria: Accedo ad pediſequas. Idẽ ĩ eunu. Nunq̃ accedo ad te qn doctior abeã. In eadẽ. Edicit ne uir qſq̃ ad eã adeat. Idẽ ĩ eadẽ: Adeã ad eũ In eadẽ. Ad te ueni. Iſocrates

¶ Virg. ĩ qnto æneí. Spatio poſt peinde relicto Tertius euryalus. Iſocrates πρὸσ νικοκλέα φίλησ κτώμενην τοὺσ βουλομένουσ

¶ Virg. in. viii. ænei. Poſt hinc ad naues graditur: ſocioſq; reuiſit. Præpoſitiones deficiunt: ut Virg. ĩ. viiii. ænei. Euolat ĩfœlix & fæmineo ululatu Sciſſa comã muros amẽs atq; agmina curſu Prima petit: deeſt cũ ululatu Homerus ἀμφὼ ἐμῶσ ὦ φίλε δόσατε. Virg. ĩ. v. His magnũ alcidẽ cõtraſtetit: his ego ſuetus: his deeſt cũ. Aliæ pro aliis ponuntur: ut Virg. ĩ primo ænei. Multa ſuper priamo rogitans ſuper hectore multa: ſuper priamo pro de priamo. Idẽ ĩ primo geor. Sub lucẽ exportant calathis pro ante lucẽ. Coniunctiones quoq; tã apud nos q̃ apud græcos modo abundant: modo deficiunt: modo aliæ pro aliis ponunť. Abundant: ut Multa quoq; & bello paſſus dũ conderet urbẽ. Hora. ĩ epodo: At o deorũ qcquid ĩ cœlo regit terras. & humanũ genus: abundat at. Deficiunt ut Virg. ĩ. iiii. ænei. Ferte citi flãmas: date tela ĩpellite remos. Aliæ ꝓ aliis accipiũť. ut Virg. ĩ. ii. ænei. Aut pelago danaũ inſidias: ſuſpectaq; dona Præcipitarẽ iubẽt: ſubiectiſq; urere flãmis ꝓ ſubiectis ue. Euripides ὑμεῖσ δὲ μάλλα οὐ γὰρ σὺμφονεύσατε ἀλλὰ dixit ꝓ ſaltẽ: ut nr̃i ſimiliter dixerunt Terẽ. ĩ eunu. Si nequeas paulo: aut quanto queas: at poſuit pro ſaltẽ. Aduerbiorũ uero quædã ſunt quę cũ ſupradictis oĩbus accidẽtibus: ideſt diuerſis numeris: & generibus: & caſibus: & temporibus & etiã perſonis ĩdifferenter ponuntur: ut non bonus uir: non bona mulier: non bonũ mancipiũ offendit me: non boni uiri: non bonæ mulieris: non boni mancipii eſt uituperare ĩnocentẽ: non ego non tu nõ ille: non facio non facis nõ facit. Similiter: bene: male: recte: praue poſſunt ſupradictis omnibus apte adiungi. Sũt alia autẽ aduerbia: quæ non poſſunt omnibus copulari accidentibus: ut o quando eſt uocatiuum: ut Virgilius in primo æneidos. O regina nouam cui conderet iuppiter urbẽ & heus Idẽ in eodẽ. Heus iuuenes monſtrate mearũ Vidiſtis ſi quã hic errantẽ forte ſororũ. Alii caſui non adiungũtur niſi uocatiuo. Alia uero ſoli accuſatiuo: ut pone tribunal uel pone domũ ultra fines. Quædã ablatiuo: ut contra iudicibus: quod etiã in præpoſitionibus uidemus fieri. Proprie autẽ illæ ſunt præpoſitiones accipiendæ quæ ſine caſualibus proferri non poſſunt ſeparate. ut ĩ illud periculũ: pro illo de illo ſub illo ex illo ab illo. Nã pone & corã poſſunt etiã ſine caſualibus proferri: quia aduerbia ſunt. Vir. ĩ. ii. ænei. Pone ſubit coniunx: ferimur per opaca locorũ. Idẽ in primo ænei. Corã quẽ quæritis adſum Troius æneas. Sunt aduerbia quæ diuerſis perſonis non conueniunt: ut eia Vir. in. iiii. æneidos Eia age rumpe moras: uariũ & mutabile ſemper Fœmina. Ad ſecũdã dicunť eni ſolã. Sũt aduerbia quæ proprie diuerſis tẽporibus adiũgi nõ poſſunt: ut heri feci nũc facio cras faciã. Sunt alia quæ ſingulis modis ſocianť ꝑ oẽs ꝑſonaſ & numeros & tpa: ut utinã optantis. Sed hæc in loco de aduerbiis latius tractabunť. Cõiunctõ quoq; cõiter cũ oĩbus ſupradictis ĩuenit. .i. generibus caſibus numeris tꝑibus & ꝑſonis ut uir & mulier: uiroꝝ & mulierũ: doceo & docui: & docebo ego: & tu & ille: ſi facio ſi

faciã: si facerẽ: & si faciebã: si fecerĩ: & si feci: si fecissem: & si fecerã: si fecero & si faciã. Sed ad ꝓnois ordinãdi tractationẽ reddeamus. Sciendũ ꝙ cõiugata pronoĩa quæ συζυγα Aristarchus uocat triũ personarũ primitiua seu deriuatiua inuicẽ per se poni nõ possũt per confusionẽ personarũ. Ideo non figurate possunt: quomodo nec uerba: quia tres so las uoces in tribus personis habẽt: mei tui sui: mihi tibi sibi: me te se: a me a te a se. Quo modo nec etiã pluralia eorum: ut nos uos: nostrũ uel nostri: uestrũ uel uestri: nobis uo bis nos uos. Nec deriuatiua: ut meus tuus suus noster uester. Ipse aũt & ille: hic & iste & his figurate & pro prima & etiã secunda solent accipi. Quippe etiã cum non habeãt sibi coniugatas personas primas & secundas: quibus ĩpediãtur ꝓ illis accipi: ꝙ autẽ sui proprie coniugatum est primæ & secundæ personæ: ipsa declinatio ostendit similis illi cũ eis: mei. tui. sui. mihi. tibi. sibi. me. te. se. a me. a te. a se. Itaq; ea tria pronoĩa suas de- fendentia proprias personas ad iura suæ significationis non admittũt sibi cõiugatas uo ces. Idq; cõprobatur etiã ex deriuatiuis eoꝝ: meus enĩ tuus suus: quia sibi sunt coniuga ta similitudine declinationis: & maxime ꝙ singulę sunt in una quaq; persona eoꝝ uoces quomodo etiã ĩ uerbis pro sese poni ĩuicẽ uel sibi coniungi in una eadẽq; persona posses sorũ non possunt. Nemo enĩ dici ego tu: nec sui mei: nec tuus meus: nec suus meus: nec uestras nostras: nisi addita coniunctione dicã: ut seruus tuus & meus est ciuis nostras & uestras. In quo tamen possessio cõis quidẽ significatur possessoꝝ uero personæ diuer sæ. Potest tamen & sine coniunctione dici: mea res tua res est. animus meus tuus est. In quo tamen diuersas intelligo ꝑsonas possessoꝝ. Ille autẽ ego & tu ipse: & hic ego: & iste ego: & oĩa tertiæ personæ pronomina excepto sui: & eius deriuatio suus: licet & primæ & secundæ figurate uni eidẽq; coniungere personæ. In uerbis uero quia una est sola uox tertiæ personæ cũ secunda uel prima in una eadẽq; persona accipi non potest. Nemo. n dicit facio tu uel ille: uel facis ego uel ille: uel facit ego uel tu. Singulis enĩ uerba uocibus singulas significantia personas eas extra se aliis accõmodare personis non patiuntur. Et quid mirũ ĩ personaꝝ discretione coniugataꝝ hoc fieri: cum licet etiã ex contrario in dí- scretis generibus uel nũeris: uel casibus: uel tẽporibus hoc manifeste intelligere. Quip pe cum ipsa confusione licentia datur in diuersis ea significationibus accipere. Nã mihi tibi sibi: me: te: se: cũ non discernãt genera licet quibuscũ ꝗ placet ea generibus coniun- gere: ut meipsum meipsam: teipsũ teipsam. clari claræ claro nõ secernunt numeꝝ. licet ergo singularibꝰ & pluralibus sociari ea. senatus. cursus. uultus. facies. res. spes. Simili ter sunt diuersorũ casuũ cõia: licet ergo quibuslibet eoꝝ aptissime ea copulare. Omnia uerba præteriti perfecti subiunctiua & futuri easdẽ uoces habent absq; prima persona: nihil igitur ꝓhibet in utriusq; tẽpore ea accipere. Participia præsentis temporis & ĩfini ta uerba eadẽ etiã præteriti ĩperfecti sunt. Licet ergo utrobiq; ea proferre: ut scribens ho die proficio: & scribens heri proficiebam: & scribere uolo hodie: & scribere uolebã heri. Sciẽdũ tamẽ q̃d licet ẽt præteritis ꝑfectis & plusq̃perfectis participia uel infinita supra dicta sensũ præteriti imperfecti significantia coniungeř: ut scribẽs profeci uel profecerã idest cũ in scribendo erã profeci uel profecerã: scribere uolui: uel uoluerã idest incipere scriptionẽ uolui uel uoluerã. Scimus. n. ꝙ pręteritũ ĩpfectũ ĩceptionẽ rei q̃dẽ significat nundũ tamẽ ꝑfectionẽ. Idq; usus auctoꝝ cõprobat. Cõia uerba tã actiuã q̃ passiuã cõ- structionẽ cõcipiunt. ex qua discernit̃ uarietas significatiõis: criminor te & a te: hortor te & a te. amet: doceat: legat: audiat sunt imperatiui præsentis: sunt optatiui futuri: &

ſubiunctiui præſentis. Nec aliter eorũ poſſunt ſignificari uarietates: niſi per conſtructi
onẽ eis accidentiũ aduerbiorũ uel temporũ. Vt ĩperantes quidẽ ſine aduerbio dicimus
amet: doceat: legat: audiat: amato: doceto: legito: audito. Optãtes uero cum aduerbio
utinã amet: doceat: legat: audiat. Subiungentes quoq; cũ amet: doceat: legat: audiat: a
mato: doceto: legito. & ſecundæ ſunt & tertiæ perſonæ. Additiõe igitur pronominũ di
ſcernuntur: ut amato tu amato ille. In oĩbus igitur huiuſcemodi dictionibus quę diuer
ſas habent ſignificationes conſtructio maxime ad eas explanandas eſt neceſſaria. Sicut
etiã ĩ omnibus in quibus ſimiles ĩueniuntur uoces diuerſi caſus uel genera: uel numeri
utpote genitiuus & datiuus ſingularis: ut huius poetæ: & noĩtiuus & uocatiuus plura-
les: ut hi & o poetæ. Similiter etiã docti genitiuus ſingularis huius docti: noĩatiuus &
uocatiuus plurales: hi docti & o docti. Similiter cædes res facies: noĩatiui ſingularis &
uocatiui: ut hæc facies & ho facies: hæc cædes & o cædes: hæc res & o res. Plurales uero:
& noĩatiui & accuſatiui & uocatiui: hæ facies: & has facies: & o facies. Multa quoq; etiã
in aliis partibus ĩuenies ſimilia nec aliter ea diſcernes niſi ex conſequentia ordinationis:
ideſt caſus caſibus: & genera generibus: & numeros numeris: & perſonas pſonis: & tẽ-
pora temporibus congrue diſponendo. Nõ igitur ſiquid ſimile eſt uoce: hoc eiſdẽ neceſ
ſe eſt omni modo accidentibus coniungi: ſed ad ĩtellectũ referri: utputa omnis datiuus
& ablatiuus pluralis mobiliũ noĩum: uel pronoĩum: uel participiorum ſimilis eſt per tria
genera: ut bonis illis accuſatis. Et tamen cũ de maribus loquimur maſculinis ea cõiun-
gimus: cũ de contrario ſexu fœmininis: eũ extra utriuſq; ſignificationẽ neutris ut bonis
uiris loquor & bonis mulieribus: & bonis mancipiis accuſatis uiris: accuſatis mulieri-
bus: accuſatis mancipiis. Sic & ſimilia quæ confuſionẽ ſignificationis per ordinationis
iuncturã & accidentiũ diſcutunt. Omnis eni conſtructio: quã græci σύνταξιν uocãt da
ĩtellectũ uocis eſt reddẽda. Itaq; per diuerſas figuras uariare ſolent auctores in conſtru
ctione accidẽtia: de quibus iã ſupra docuimus quæ quãuis quãtũ ad ipſas dictiones in-
congrue diſpoſita eſſe uideantur tamen ratione ſenſus rectiſſime ordinata eſſe iudican-
tur: utputa prima & tertia pſona in unũ figurate coeũt: ut Ille ego qui quondã gracili
modulatus auena Carmen. Eſt eni ĩtellectus ego Virgilius ille qui quondã ſcripſi bu-
colica & georgica. Diuerſi quoq; numeri hoc modo figurati reperiuntur: ut Virg. ĩ pri-
mo æneidos. Pars in fruſtra ſecant uerubuſq; trementia figunt pluralẽ ſingulari non ad
dictionẽ ſed ad ſenſum rettulit: quia pars troianorũ multi intelliguntur: & per diuerſa
genera. Qualis eram cum primã aciem præneſte ſub ipſa Virgilius in octauo. Quan
uis eni præneſte neutrum ſit: ſed quia urbs intelligitur ad id quod ĩtelligitur magis quã
ad uocem nominis reddidit dicens ſub ipſa. Similiter per omnia accidentia omnium p
tiũ orationis frequenter inuenimus huiuſcemodi figuras: & caſus pro caſibus: ut Cor-
niger heſperidum fluuius regnator aquarum pro fluuie. Virgi. in primo ænei. tu mihi
quodcũq; hoc regni: tu ſceptra Iouẽq; Concilias regni pro regnum: de quibus ſufficien
ter in ſuperioribus diximus.

¶ De hoc pronomine tu.

ET tu quoq; qdã dubitauerũt an noĩatiuus ſit tantũ: an uocatiuus. Sed uterq; i
eo eẽ oſtẽdit̃: quõ & ĩ oĩbus fere latinis noĩbus abſq; i us terminãtibus ſecũdę
declinationis. Et quoniã Trypho: quẽ Apollonius arguit eũ uocatiuũ ſolum
putauit deceptus a noĩum uocatiuis: q cõiungũt̃ ſecundæ pſonæ uerborum: cũ dicimus:

tu legis: discipule legis. Sed & cũ prima & tertia pesona uerbi coniungitur bene uocati
uus qui suus est secundæ. Nec tamen ideo dicimus primã & tertiã uocatiuos haber: nec
secundæ uocatiuũ non esse: ut lego discipule: & legit discipule. Necesse ẽ illos maxĩe ca
sus habeant pronoĩa quibus deficiunt ĩ utraq; persona noĩa: & maxime noĩatiuũ. uoca
tiuo enĩ pronoĩa non egent: qui nec demonstrationẽ: nec relationẽ: quibus fungunt̃ p-
noĩa possidet: sed solã conuersionẽ: idest apostrophen. Sed hoc quia uel nutu. uel uocis
directione non solũ eos quos uidemus sed etiã illos: ad quos uos nostra potest perueni
re: etiã absentes uocare solemus: uel ignorantes propria eorũ noĩa uel cõfuse hoc utẽtes
etiã ad multos ut unus ex eis respondeat: ut ad seruos tu dicimus. Illud quoq; sciẽdũ q̃
suũ est pronoĩs in prima & secunda persona habere noĩatiuũ. Vocatiuũ uero non solũ
pronoĩa: sed etiã noĩa & participia habent. Qui casus proprius est secundæ persone: ut
scribe Virgili: & scribis Virgili. Sed quod etiã noĩatiui omniũ casualiũ primis & secun-
dis & tertiis uerborũ est quando coniunguntur personis ostendunt substantiua uerba
& uocatiua quæ nisi noĩatiuis non sociantur: ut ego grammaticus sum: tu orator es: ille
philosophus est: ut ego Priscianus nominor. tu Apollonius uocaris: ille Virgilius nun
cupatur. Vir. ĩ primo æneĩ. Tu ne ille æneas: quẽ dardanio Anchisæ Alma uenus phry-
gii genuit simeontis ad undã? Ergo sine dubio hæc constructio tu noĩatiuũ esse ostẽdit
Præterea hoc approbatur cũ disiunctiue ipse qui est noĩatiuus triũ personarũ noĩatiuis
necessario coniungitur: ut ipse ego facio. Idẽ ĩ quinto. Ipse ego paulisper pro te tua mu
nera inibo. Idẽ ĩ eodẽ. Ipsa egomet dudũ beroen discressa r̃liqui. Nisi tu esset noĩatiuus
casus non poneretur cũ pronoĩe ipse. Tu ipse facis. Virg. ĩ buco. Verũ id quomõ multo
tute ipse fatebere maius. Cice. ĩ. iiii. uerri. Tute ipso ex edicto siculo hoc sustulisti: ille ip-
se facit. Cũ ergo noĩa primæ & secundæ personæ noĩatiuos non habeant: nec ceteros ob
liquos: uocatiuũ tamẽ habeant plæraq; loco deficientiũ: ut paulo ante ostendimus fun
guntur pronoĩa. Relatio quoq; cũ ad cęteros fiat casus ad uocatiuũ non fit: ut ego lego
qui scripsi: tu legis qui scripsisti: ille legit qui scripsit: meus est seruus cuius ære emptus
est. Vocatiuus autẽ ideo in relatiuis esse non potest: quia antecedentẽ cognitionẽ signifi
care non potest. Similiter quando diuersæ uni sociantur uerbo personæ: necesse est no-
minatiuos cõiugi: nõ uocatiuos: ut ego & tu & ille docemus. nemo enĩ dicit: ego & grã-
matice & ille docemus: nisi attentionis cã ponẽs noĩatiuũ pronoĩs: adiũgã ei uocatiuũ
noĩs: ut ego & tu grãmatice & illo docemus. Et noĩa q̃dem q̃uis tertiæ sint personæ: ta-
men habent plæraque uocatiũ: ut diximus. Nec mirũ cũ uerbis quoq; uocatiuis quomõ
& substantiuis cõiuncta possunt tã primæ q̃ secundæ esse personæ. Quomõ ergo si di-
cam: Virgilius uocaris: a tertia in secundam transfero nomen personam. Sic uocan-
do eundem intellectum ipso uocãdi facio secundam personam: o Virgili. i. te uoco Vir
gili: Excipiuntur ĩfinita noĩa uel ĩterrogatiua: uel relatiua: uel redditiua: uel distributi-
ua quæ quia incertæ sunt personæ uel diuersæ uocatium hẽre nõ possunt: ut qs q̃ q̃lis ta
lis tantus q̃tus quot tot uterq; alter singuli bini terni & similia. ad huiuscemodi enĩ no-
mina uocatio fieri non potest: q̃uis licet etiam ad secundã ea cõiungere personã: sed per
noĩatiuos: ut q̃ estis: q̃lis estis uterq; scipiones uocamini: siguli ueniatis ad me: terni prã-
dete apud me. Vir. ĩ primo æneĩ. Sed uos q̃ tandẽ q̃bus uenistis ab oris? Pronoĩa uero
primæ uel tertiæ personæ minime possunt habere uocatiuum nisi possessiua primæ: q̃-
coniunguntur uel diriguntur ad secundam personam. Quippe cum potest aliquis ad

ſuam loqui poſſeſſionem: ideſt ad filium uel ad ſeruum uel ad matrem: uel ad uxorem
dicere: o mi o mea o meũ: o noſter noſtra noſtrũ. Et eſt propriũ poſſeſſiuoꝝ pronoium
duas ſignificare perſonas. Ipſam quidẽ quę poſſidet per genitiuũ ubiq;: eã uero quę poſ
ſidetur per omnes caſus. Itaq; ſecundæ perſonæ poſſeſſiuũ: cũ ĩ genitiuo ſit ipſe poſſeſ
ſor ĩtelligendus: ad quẽ dirigitur ſermo Vocatiuũ quoq; habere non poteſt: niſi figura-
te uelim dicere: o tue & non aliene: ideſt tui poteſtatẽ habẽs: quomõ ego ſum meus Euri
pides ετῶδε ἐμοσ ἔιμί. Sed q̃uis non careat ratione: tamẽ ĩ uſu non eſt quomõ nec ſuæ il
lius natæ: ut proprie illius natæ. Cũ igitur ĩ oĩbus poſſeſſiuis tã poſſeſſor q̃ poſſeſſio in
telligatur: nec alii poſſunt caſus quãtũ ad poſſeſſiones: niſi genitiui ĩtelligi: non poſſũt
habere uocatiuos: niſi per ipſas poſitiones: cũ ĩ ſecunda eſſe ĩtelligantur ea perſona: nec
prima tamẽ primã nec ſecunda ſecundã poteſt poſſidere: niſi ſicut oſtendimus figurate
dicat aliq̃s ego ſum meus dominus & ſeruus: tu es tuus & doctor & diſcipulus: ut Per-
ſius. Vindictę poſtq̃ meus a prætore receſſi. Tertia uero tertiã poteſt poſſidere: qa mul
tæ & diuerſæ poſſunt eſſe tertiæ. Vocatiuũ tamẽ aliud pronomẽ ĩ uſu nõ hẽt niſi primi-
tiuũ ſecundæ perſonæ: & poſſeſſiuũ primæ: quãdo ad id ſermo dirigitur: ideſt quãdo ſe
cundæ ſociatur perſonæ: licet enĩ naturaliter ad ſuã loqui poſſeſſionẽ. Tertiæ uero per-
ſonæ poſſeſſiuũ. & ſi naturã habeat: ut per uocatiuũ poſſit dici: ut prædictũ eſt. Poſſu-
mus enĩ etiã ad alienã poſſeſſionẽ dirigere ſermonẽ: ut O genitor noſter ſaturnie maxi-
me diuũ: & Euandrie fili: & Thelamonie aiax. Itaq; q̃uis quãtũ ad ipſam rerũ naturã ui
deatur poſſe dici: O ſue fili Euandri: o ſua uxor euandri: ut ſi dicã. Euandrie fili: & Euã
dria uxor: cũ ĩ hoc duæ tertiæ ĩtelligantur perſonæ poſſeſſoris & poſſeſſiõis. uſus tamẽ
deficit: quomõ etiã apud græcos teſte Apollonio σφετέρε cũ rationabiliter poſſet dici: ĩ
uſu tamẽ non ĩuenitur. De hoc enĩ ἐν τῷ περὶ σύν ταξέως tertio clarius tractat. Secundæ
autẽ perſonæ: ut ſupradictũ eſt: deriuatiuũ ideo non poteſt habere uocatiuũ quia neceſ
ſe eſt genitiuũ primitiui ĩtelligi ĩ poſſeſſore ipſo ad quẽ loquimur: & uocatiuũ in poſſeſ
ſione. Sed poſſeſſio ſecundæ perſonæ neceſſario uel ad primã uel ad tertiã perſonã refer
tur: quæ naturaliter carent uocatiuo: tuus filius ſum: uel tuus filius eſt ille. Et q̃uis figu
rate: ut ſupra dictũ eſt: dicã tu ipſe tuus es & dominus & ſeruus: tamẽ uocatiuũ non in
uenies: nec figurate in hoc pronomine prolatũ: ut eundẽ & poſſeſſorẽ & poſſeſſionẽ in
una eadẽq; perſona uideatur aliquis affari dicendo o tue: quomodo apud græcos ὦ σὲ ἀ
πὸ τοῦ σὸσ. Eodẽ teſte Apollonio. Queãdmodũ igr̃ noĩa: tertię pſonę ſt̃: ſic ẽt poſſeſſi
ua pnoĩa: quæ q̃uis quãtũ ad perſonas poſſidentiũ: finita ſunt primæ & ſecundæ & ter
tię: tamẽ quãtũ ad poſſeſſiones ipſas tertię ſunt perſonę: niſi ſubſtantiuis uel uocatiuis
cõiũgãt̃ uerbis: ſicut & noĩa: meus es filiꝰ: meus uocat̃ ſeruus: tuus noĩor parẽs: tuus
eſt pater: ſuus illius ſum filius: ſuus illius filius es: ſuus illius eſt filius. Pronomẽ
enĩ ipſe tribus aptiſſime: ut ſupra diximus coniungitur perſonis. Itaq; Apollonius ἐπι
ταγματικὸν hoc uocat: ideſt oppoſitũ eo ꝙ aliis pronominibus apponit̃: ut ipſe ego uel
ego ipſe: tu ipſe: ille ipſe. Et q̃uis ĩueniantur etiã alia pronoĩa figurate ſic coniuncta p di
uerſas perſonas: ut ego ille tu ille: hic ille: ut Virgi. Ille ego qui quondã gracili modula-
tus auena Carmẽ. Idẽ ĩ primo æneí. Tu ne ille æneas quẽ dardanio anchiſe. Teren. ĩ an-
dria. Hic ego ille: ne credas te dauũ ludere. Non tamen quomodo ipſe ſine alio prono-
mine poſſunt primæ & ſecunde perſonæ uerbis adiungi: ut ipſe facio: ipſe facis. Virg. ĩ
ii. ænei. Quæq; ipſa miſerrima uidi. Idẽ ĩ buco. Cũ faciã uitula pro frugibus ipſe ueni-

to. Alias autẽ uoces tertiæ pronoíum perſonæ ꝑ ſe ſic uerbis primæ & ſecundæ perſonę nõ poſſumus copulare. Nemo eni dicit ille facio: & ille facis: niſi addas & pronoía primã & ſecundã demõſtrãtia perſonã: ut Cicero inuectiuarũ ſecundo. Hic ego uehemẽs ille conſul: qui uerbo ciues in exiliũ eiicio quæſiui a Catilina. Sed ille ego: uel ille tu cum dicimus: relatioñe ſignificamus antecedẽtis cognitionis. Ipſe ego uero diſcretioñe: ego ipſe per me & non alius. Hoc autẽ appoſitũ ꝓnomẽ: ideſt ipſe quis ĩperatiuo ſocietur Dicimus eni ipſe facis: & ipſe fac: nõ habet tamẽ uocatiuũ. Nullũ eni pronomẽ habet uocatiuũ poteſt: ut diximus niſi primitiuũ ſecundæ perſonæ: ad quod dirigitur ſermo: & deriuatiuũ primæ quãdo coniungitur primitiuo ſecundæ: uel uoce uel ĩtellectu: ut o mea tu: o noſter Chremes. Præterea uocatiuus ſubſtantiuo: uel uocatiuo uerbo ꝑ ſe nõ cõiungitur: ſed nominatiuus. nemo eni dicit: docte es: clare uocaris: Virgili diceris: ſed doctus es: clarus es: Virgilius diceris. Ipſe igitur niſi noíatiui uice noís fungi nõ poteſt. Nihil autẽ mirũ ſecũdæ pſonæ noíatiuo ĩperatiuũ adiũgi: cũ & tertiæ pſonæ: quę ꝓrſus uocatiuũ non habet adiũgantur ĩperatiua: ut faciat: & facito ille: & faciant: & faciũto illi. Illud quoq; ſciendũ ꝙ uocatiuus frequenter utimur ſine uerbis ſecũdæ perſonę: ut miror te Virgili. Intelligo te Homere. Nominatiuos uero niſi per eclipſim nunq̃ ſine uerbis ꝓferrimus eiuſdẽ pſonæ: ut bonus es. Apollonius noíaris. Oía autẽ pronoía: quæ uocari poſſunt: ſimilẽ habẽt noíatiuũ uocatio: excepto mi ꝓ mee. Nec mirũ cũ etiã nomina pleraq; apud latinos: ut dixiꝰ: eoſdẽ habẽt noíatiuos: & uocatiuos atticis quoq; mos ẽ noíatiuos ꝓ uocatiuis proferre. Ariſtophanes ω φιλοσ ω φιλοσ: Homerus ηελιοσ οσ παντα εφορασ. και παντεπακουεισ. quẽ ſecutus Virg. i. viiii. Corniger heſperidũ fluuiꝰ regnator aquarũ Fluuius pro fluuie dixit. Luca. in. ii. Degener o populus uix ſæcula lõga decorũ Sic meruiſſe uiris: pro popule. Macedones autẽ & theſſali econtrario uocatiuos ſolebant pro noíatiuis proferre. Homerus μητιετα ζευσ hic uocatiuus ẽ ꝓ noíatiuo μητιετα dixit ꝓ μητιετισ. Vnde Rõani frequẽtiſſime huiuſcemõi noía & maxíe appellatia ꝑ uocatiuũ gręcũ ẽt ꝓ noíatio ſuo ꝓferũt: ſophiſta: cythariſta: poeta ſcytha: ſarmata: ſophia. Perſius tamẽ ĩdubitãter uocatiuũ ꝓ noíatiuo poſuit. Cenſorẽ ne tuũ uel qđ trabeate ſalutas: trabeate dixit ꝓ trabeatꝰ: & Horatius macte uirtute ꝓ mactꝰ uirtute.

¶ Secundus Liber.

i

N SVPERIORI LIBRO DE ARTICVLARIVM DIctionum & pronoíum tractantes cõſtructionibus neceſſario etiã plurima de nominis & uerbi cõſtructionibus ſine quibus illa orationem perfectam complere nequeunt diximus. Quippe quæ ex maxima parte eis communes ſint cum illis: in hoc quoq; de nominibus & uerbis præcipue: quãuis & de cæteris partibus cum eis ẽt plurima inueniantur communia exponemus. Ergo minime mireris ſi eadẽ exẽpla cõſtructionũ repetãť: cũ ĩ plęriſq; cõſimiles ſint ſupradictoꝝ: & dicẽdoꝝ rõnes. Sigulorꝝ igř caſuũ ꝑ ordinẽ cõſtructiões uideamus. Noíatiuus & uocatiuus abſoluti ſũt oẽs: ideſt ꝑ unã pſonã: ĩtrãſitiue poſſunt ꝓferri: ut ego Priſcianus ambulo: tu Plato philoſopharis. ariſtoteles diſputat. & ſi ſubſtãtiuis uel uocatiuis iũgãť primæ & ſecũdæ pſonæ nõ egẽt ꝓnoibus: qppe eſſentiã ſui: uel noiatioñe ſignificantes:

ut hō ſū. Cicero noīor. Sin aūt aliis cōſociēt̃ uerbis: tūc neceſſario adiungūt̃ ꝓnoibus ut ipſius eſſētiæ præſenti demōſtratiōe trāſeāt a tertia pſona cōnexione ꝓnois ad primā uel ſecūdā: ut ego Priſcianus ſcribo: tu Apollōius uel apollōi ſcribis. Et ſciēdū ꝙ uocatiuus nō eget ꝓnoie qppe cū ſecūdā ſua uoce finiat pſonā ut apollōi legis uel lege: Terēti ſcribis uel ſcribe. Virg. i. x. Vigilas ne deū gēs ænea uigila: Perſius Cēſorē ne tuū: uel qđ trabeate ſalutas: q̃uis ad pfectā ſignificationē bene addit̃ idicatio uerbo tu noiatiuſ Si uero tollāus ꝓnoia ab hac cōſtructiōe: q̃ noiatiuo cōſtruit̃: dicēdo priſcianus ſcribo apollōius ſcribis: ſolœciſmū facius. Nā noia p ſe & pticipia abſq; uocatiuo caſu tertiæ ſunt pſonæ. Quomodo ergo nō dicimus: ille lego: uel ille legis. ſic nō dicimus Priſcanꝰ lego: nec Apollonius legis. Quomodo autē ille ego lego: & tu ille legis recte dicitur: ſic Priſcianus ego lego: & tu Apollonius legis: uel tu Apolloni. Licet eni noiatiuū: & uocatiuū nominis ſecundis adiungere pronominū pſonis: Virg. Ille ego q quondā gracili modulatus auena Carmen. Hora. in primo ſermonū. Tu ne ſyridamæ: aut dionyſi filius audes. Virg. in primo ænei. Tu ne ille æneas quē dardanio anchiſæ. Et ſciendum ꝙ has qdē cōſtructiones quæ p nominatiuū abſoluunt̃ ſtoici ἀξιώματα uel συμβήματα .i. dignitates: uel cōgruitates uocabāt: ut ego Priſcianus ſcribo: Apollonius ābulat: Cato philoſophatur. Illas uero qbus trāſitiones ab alia ad aliā fiunt pſonā in qbus neceſſe ē cū nominatiuo & obliquū aliquē caſum proferri παρασυμβάματα dicebāt: hoc eſt minꝰ q̃ congruitates: ut Cicero patriā ſeruat. Quādo uero ex duobus obliquis cōſtructio fit οὐπαρασυμβήματα: ideſt incōgruitatē dicebāt: ut placet mihi uenire ad te: ſiue nominibus ipſis tātū: ſeu uerbis hoc exigentibus. Nominibus qdē exigentibus obliquos neceſſe ē ſubſtātiuū uerbū uel pticipiū cōſequi: ut filius Herculis ſum: uel filius Herculis eſſe dicor: & cōmodus duci ſum: & cōmodus duci eſſe uideor: bonus ſum animā: & bonus eſſe animā intelligor: fortis ſum uirtute: & fortis eſſe uirtute appareo. Eſt autē q̃do p eclipſim uerbi uel pticipii ſuſtātiui huiuſcemodi caſuum ideſt nominatiui cū obliqs cōſtructio ſolet ꝓferri. ut filius Pelei Achilles multos interfecit troiāos: Subaudit̃ enim pticipiū uerbi ſubſtantiui ens qđ in uſu nō ē: ꝓ quo poſſumus q ē uel q fuit Pelei filius dicer̃ uel ſubaudire. Similiter aliis caſibus nominatiuum cōſequētibus: uel ſupradictum pticipium: uel quæ pro eo accipiunt̃ ſubaudire neceſſe eſt ad nominatiuum: cōmodus mihi amicus proficiſcit̃: ideſt qui mihi eſt cōmodus amicus. Honeſtus faciem uir cernitur hoc eſt qui eſt honeſtus faciem: celer pedibus currit. homo ſubaditur qui eſt: & hæ ſcilicet conſtructiones quæ ipſorum nomina exigente natura ſic uariantur caſibus: quibus licet uel ꝓnoia uel pticipia p eoſdē caſus ſubiūger̃: ut ille filiꝰ pelei achilleſ bellāſ multoſ iterfecit troiāos: & illiꝰ pelei florētis uirtute filiꝰ Achilles fuit. Idē licet p oēs caſus facer̃ eoſdē. n. obliquos caſus quos ſibi adiūgit noiatiuus: pōt ēt flexus idē hēre: ſed nō tamē eadē cōſtructiōe uerboꝝ. Nā ad alias trāſeūt uerba pſonas qppe noiatiuū deſyderātia ut filii pelei fuit Victoria graiorum: filio pelei ceſſit hector: filium pelei timuit hector: filio pelei floruit græcia. Et hoc quantum ad naturā ipſorum inter ſe nominum per uarios caſus conſtruendorum. Verba quoq; tranſitiua ſimiliter ſolēt uariis caſibus adiungi ut miles eget imperatoris. Aeneas premiū donat euryalo. Plato erudit Ariſtotelē. Cicero potitur laude. Quomodo autem nominatiuus obliquis apte poſſit cōſtrui quantū ratione potero compræhendere docebo: quos tamen etiā flexus ſibi defendit: ut Aeneas rex troianorum. Sic per obliquos caſus quoq;. Nominatiuus igitur caſus nominum ge

nitiuo adiungitur: quando poſſeſſio aliqua & poſſeſſor ſignificatur. Et nominatio quidem poſſeſſionē: genitiuo autē poſſeſſorē ꝓferimus: ut hector filius priami. Dauus ſeruus Simonis. Aeneas rex troianorū. Patroclus amicus Achillis. Patronus Verris hortenſius eſt. Quæ ſic iterprætatur ut adiuncto uerbo poſſeſſionē ſignificāte: poſſeſſio quidē mutet noīatiuū ī accuſatiuū: poſſeſſor uero genitiuū ī nominatiuū uerbi huius natura exigēte hoc: ut intranſitiue quidē noīatiuū: tranſitiue autē accuſatiuū exigat. Quid eſt.n. Hector filius priami interpretantes dicimus hoc eſt hectorē filiū Priamus poſſidet uel habet. patronus Verris Hortenſius: ideſt patronū Verres Hortenſiū habet. licet tamen hæc eadem cū ſubſtantiuo uerbo adiungunt̄: tā genitiuo q̄ datiuo cōnectere ut filius priami: & priamo hector fuit: & Dauus ſeruus Simonis & Simoni: & Patroclus amicus Achillis & Achilli. Similiter comes: ſocius: affinis: cognatus: uicinus propinquus & ſimilia: ideſt omnia ad poſſeſſionē pertinentia: ut Virg. ī. vii.. Eſt mihi nata uiro gētis quā iungere noſtræ: pro poſſideo natā. Sed magis datiuo utimur q̄ſi ad ignorantes: ut ſupradicto uerſu. Nā ad ſcientes eſſe natā nomē autē propriū ignorantes dixiſſet: mea uel mei nata lauinia eſt ſub diſtinctione poſita poſt natā. Contra autē nomine quidē cognito: ignorato uero cuius eſſet nata dixiſſet. Lauinia mihi nata eſt: poſt Lauiniā ſic diſtinguendo: ut Virg. ī buco. Si neſcis meus ille caper fuit: ad ſcientē caprum Ad neſcientem autem eius poſſeſſorem dixit meus. Idem in eodem. Eſt mihi nanq; domi pater: eſt iniuſta nouerca. ad neſciētem ſi ſit pater dixit mihi. alio quoq; ſenſu iuenis datiuos pro genitiuis. ut Virg. ī decimo. Fuſos ceruix cui lactea crines Accipit: pro crines cuius: Supradictis uero econtrario uidentur illa proferri: quæ laudē uel uituperationē: uel accidens aliquod oſtēdunt ab aliquo poſſideri. per nominatiuum enim poſſeſſorem in huiuſcemodi ſignificationis ſtructura: per genitiuum poſſeſſionem proferimus in ὀυσιασ ideſt eſſentiæ demonſtratione: ut magnæ uirtutis uir. ideſt magnam uirtutem habens: nimiæ tenuitatis homo ideſt nimiam tenuitatem habens: egregiæ pulchritudinis mulier. ideſt egregiam pulchritudinem habens: extremę turpitudinis animal: ideſt extramam turpitudinem habens. albi quidem coloris eſt cygnus: nigri uero coruus: ideſt album colorem cygnus habens: coruus nigrum. Et græci in huiuſcemodi ſenſu genitiuo tantuū utuntur. Latini uero etiam ablatiuo frequentius utuntur: ut magnus uirtute uir: pro magnā uirtutem habens. egregia pulchritudine mulier pro egregiam pulchritudinē habens. ſic & ſimilia. Teren. in andria: Video unā adoleſcentulā forma: ac uultu ſoſia adeo modeſto: adeo uenuſto: ut nihil ſupra. Similiter quando conſequentiam aliquam rerum per genitiuum ſignificant græci. ου τισ εμευ ζῶντοσ και επιχθόνὶ δερκομενοιο σοὶ κοὶλαισ παρα νηυσὶ βαρειασ χεῖρασ εποὶσει: huiuſcemudi ſenſum per ablatium proferimus non me uiuo: & in terra uidendo: ideſt dum uiuo. & interra uideor: Neceſſe eſt enim huiuſcemodi ſtructuræ: ſiue nomen: ſiue participiū prolatum uerbo interpretari: dum aduerbio uel eandem uim habentibus addito. Virgilius in ſeptimo. Non uobis rege latino Diuitis uber agri: troiæue opulentia deerit: ideſt dum rex latinus ſum: uel donec Latinus regnat. Licet enim uel nominatiuum pro ablatiuo: & maxime nominum cum uerbo ſubſtantiuo ponere. uel uerbum cognatum ſigificationi ipſius nominis: ut me doctore florent muſæ: ideſt dum ego doctor ſum. Nam participia raro ſic proferuntur: pro me docente: ut dicā: dum ego docens ſum. uerbū uero cognatum ſignificationi ipſius nominis: quod per ablatiuū profert̄ ponimus: ut me doctor̄

idest dum ego doceo: illo imperatore: donec ille imperat: pietate manente: dum pietas
manet. Virtute florente: quoad uirtus floret. Comperatiua quoq; & superlatia greci ge
nitiuo adiũgunt. nos aũt comparatia quidẽ ablatio: ut fortior Achilles Hectore. Sup
latiua uero genitio: ut fortissime gentis: de quibus latius in libro tertio de nominis com
paratione dicentes tractauimus: Verbalia quoq; in or desinentia: uel in trix trãsitia quæ
a uerbis actũ aliquẽ significantibus fiũt: genitiuo iũguntur. ut amo illũ: amator & ama
trix illius: doctor & doctrix illius: munitor & munitrix illius: lector & lectris illius: tõ
sor & tonstrix illius: mirator & miratrix. Luca. in nono: Impressit dentes æmorois aspe
ra tullo Magnanimo iuueni: miratoriq; catonis. Similiter genitiuo adiunguntur parti
cipialia plærũq; uel participiorũ transitio℞: absq; tempore uim habentia. Trãsitia aũt
participia sunt quæ a transitiuis uerbis nascuntur: ut amo illũ: amãs illũ: fido illi: fidẽs
illi: inuideo tibi: inuidẽs tibi: nisi sint passiua: idest futuris passiuorũ similia. Tũc enim
datio & ablatio coniungũtur: sicut & participia eiusdẽ formę in dus desinẽtia: ut amãs
illius: similiter abũdans: sapiens: patiens: fidens. Virgi. i secundo æneí. Obtulerat fidẽs
animi: atq; in utrũq; pato. Similiter inops: pręces. Virg. i. iiii. æneí. Seuit inops animi.
Idẽ in nono: Et præceps animi: Ismarus & mauortius hemon. Similiter cupidus: rapi
dus: auidus: Virg. in nono: Ergo auidũ pugnæ dictis ac numine phœbi Ascaniũ prohi
bent: fidus illius. Virg. i. vii. Præterea regina tui fidissima dextra Occidit ipsa sua. Do-
ctus grãmaticæ: prodigus animæ. Hora. in tertio car. Regulũ & scauros animæq; ma
gnæ prodigũ abundans illius rei nomẽ est. Nã participiũ ablatio: quomodo & uerbũ
eius coniungitur. Virg. in buco. Quam diues pecoris niuei: q̃ lactis abundãs. Cicero
procluentio: Mulier abundans audacia. Idẽ pro cornelio. ii. Quis tã abundãs copiis.
Similiter patiens quãdo nomen est: cũ genitio sociatur. Luca. ĩ nono: Qua nigera stri-
feris cõnectitur assibus aer: Quodq; patet terras iter cæliq; meatus Semidei manes ha
bitãt quos ignea uirtus Innocuas uita patiẽtes ætheris imi. Fecit & æternos animã colle
git ĩ orbes. Virg. i. ii. geor. Patiẽtẽ uomeris unci. Quãdo pticipiũ ẽ iũgit᷑ accusatiuo: si
cut uerbũ ex quo uẽit: patior illã rẽ: patiẽs illã rẽ. Vir. i. iii. æneí. Haud ĩpune qdẽ: nec
talia passus ulyxes. amãs illius nomẽ ẽ. Cice. ꝓ Celio Amãs illius clarissimi: ac fortissi
mi pr̃iæ amãtissimi. Salustius in Catil. Alieni appetẽs: sui ꝓfusus. Et attẽde ꝙ uoce pas
siua ꝓfusus: qa magis actũ significat: genitiuo ẽ cõiunctũ: Similiter si dicã doctus grã
maticã: pticipiũ est. Doceor enĩ grãmaticã dicimus. Et necesse est ut diximus eũ casum
quẽ uerba sequunt᷑: ẽt pticipia seq. Doctus grãmatice nomẽ est. fugitãs litiũ nomẽ est.
Nã fugitãs lites participiũ ẽ. Dicimus enĩ fugitãs: & fugito lites. Terẽ. in phor. Herus
meus liberalis ẽ & fugitãs litiũ. Similiter præfectus urbis nomẽ ẽ: præfectus urbi ptici
piũ ẽ: uerbũ enĩ datiuo cõiungitur: ut præficior tibi. Et postremo oĩa quę similẽ habent
significationẽ in or desinẽtibus uerbalibus transitiuis genitiuo solent adiungi: ut dubi-
us illius rei. Similiter anceps illius rei: nescius exps: doctus peritus. Similiter genitiuo
adiunguntur oĩa quæ optineri uel desyderari aliquid ostendũt: uel contraria his. Et hæc
sunt noĩa: quæ aliquid obtineri ostendũt: diues: copiosus opulẽtus: capax: tenax. Vir.
ĩ primo æneí. Ditissimus agri Phœnicũ. Idẽ in secundo georgicorũ: Diues opũ uaria℞:
Et quæ desyderari aliquid ostendũt: ut auarus illius rei: cupidus studiosus auidus: Cõ-
tra uero deesse aliqd significãtia: egenus. ĩdignus: inops paup: uacuus. Horatius ĩ prĩo
sermonũ: Ho℞ semp ego optarim paupimus esse bono℞. Idẽ in tertio: Sic uacuum ce

rebri populũ phæaca putauit. Licet autẽ ut dictũ ẽ ĩ oĩbus poſſeſſionibus: & ꝓnomen
poſſeſſiuũ: uel nomẽ ꝓ genitio pritiui: & datiuũ ꝓ eo genitio põer: & noĩatiuũ ut Euã-
drꝰ filiꝰ Pallas fuit: & Euãdri filiꝰ: ut Euãdro filiꝰ fuit Pallas. Thelãonꝰ filiꝰ fuit Aiax:
& Thelamõis: & Thelãoni filiꝰ fuit Aiax Pr̃ meꝰ fuit Ariſtarchus. & pr̃ mei & mihi: Cli
ẽs tulliãus fuit Roſciꝰ. & cliẽs tullii. & tullio fuit roſciꝰ. Similiter oĩa ad aliqd eandẽ cõ
ſtructionẽ ſeruãt. Et hæc eni poſſident᷑. Maxĩe autẽ quando ad gratiã: uel ad utilitatẽ
alicuius: uel cõtra aliqd fieri uolumus ſignificar̃: datiuis utimur. Luca. ĩ. ii. Vrbi pater ẽ
urbiq; maritus. ideſt ad utilitatẽ urbis: & pr̃ fieri paſſus eſt & maritus. Similiter poſſu
mus dicere fortis patriæ ſum: & multis patriæ fortior ſum: & oĩum utiliſſimus patriæ
ſum. Nã poſitiuoꝝ cõſtructio: & ĩ cõperatiuis & ſuplatiuis ſeruat᷑ & extra ſuã illoꝝ cõ
ſtructionẽ quã habẽt ĩ cõparãdo. Huiuſcemodi autẽ cõſtructiones ideſt quæ adiũgũt᷑
tã noĩum q̃ uerboꝝ acquiſitiuas græci uocauerunt περὶ πολιτικὰς: quæ nobis aliquid bo
ni: maliue acqrunt: quoꝝ plæraq; a uerbis deriuant᷑: uel generãt uerba: quę ſunt adiecti
ua ut utilis ſum tibi: uel ĩutilis: cõmodus illi ſum: uel ĩcõmodus. Fidus illi: cuius tamẽ
ſuplatiuũ & genitiuo adiunxit. Virg. ĩ. xii. Præterea regina tui fidiſſima dextra Occidit
ipſa ſua. Similiter dãnoſus: periculoſus facilis: carus: difficilis: quæſtuoſus uẽdibilis: &
oĩa ſimilia quæ ferre aliqd cõmodi uel incõmodi demõſtrant᷑. Quid ẽ aliud eni utilis ti
bi ſum: niſi utilitatẽ tibi ferẽs: & calamitoſus calamitatẽ tibi ferẽs. Et poſtremo oĩa uer
balia in lis uel in dus deſinẽtia ſimilia participiis futuris datiuũ aſciſcũt ut mirabilis le-
gibilis orabilis: amabilis mihi eſt penetrabilis: & penetrabilis extricabili dicendus amã
dus: docendus: & etiã ſimilia: docilis & docibilis. Sed docilis eſt qui facile docet᷑: doci-
bilis eſt q facile diſcit᷑. Quomodo penetralis qui ĩ ĩtimis eſt partibus. penetrabilis qui
facile penetrat᷑. Acqparãtia etiã genitiuo uel datiuo adigununt᷑: quomodo & uerba q̃
græci ἰσοπαλῆ uocãt: & ſubiecta uel ſuppoſita quæ gręci ἐν ὑποβεβηκότα dicũt. Quæ ta-
mẽ ſunt ipſa ad aliqd dicta: de qbus iã diximus. Subiecta uero uel ſuppoſita dicuntur
q; licet ea & ſubiicere & præponere: ut pater filii: uel filio eſt pater: & patri eſt filius: uel
filius pr̃is. Similiter dominus ſeruus ĩperator: miles tyrãnus: armiger ſatelles: rex: herꝰ
famulus: cliẽs: pr̃onus: licet quouis ordĩe ꝑ utꝛq; caſũ ꝓferre. Similis quoq; & diſſimi
lis: par: ĩpar: æquus iniquus: amicus inimicus: cões ſociꝰ: affinis cognatꝰ: ꝓpĩquus uici
nus: cõmilito cõtubernalis: Ter. ĩ eunu. Quid tibi ego plura dicã dõini ſimilis es. Iuue.
ĩ. ii. Nõ ſimilis tibi. Cice. ꝓ Marcello: Simillimũ deo iudico. Luca. ĩ. x. quẽ metuis par
huius erat. Idẽ ĩ. vii. Par geĩs chiron: & idẽ qd carcinos ardẽs Scorpios. Accuſatio quo
q; noĩatiuus adiũgit᷑ figurate: q̃do qd ꝑti accidit: hoc toti reddit᷑. & totũ ꝑ noĩatiuũ: ꝑs
autẽ ꝑ accuſatiuũ ꝓfert᷑: ut fortis dextrã: ꝓ fortẽ dextrã habẽs: celer pedes ꝓ celeres pe
des habens albus colorẽ ꝓ albũ colorẽ habẽs. Et ĩ oĩbus ſubaudiẽdũ q ẽ ẽt ſi obliquẽt᷑
ut albi colorẽ æq: ideſt eq q eſt albi coloris: albo colorẽ equo: albũ colorẽ equũ. Sic etiã
ꝑ pluralia: Albi colorẽ eq oblati ſunt ĩperatori: Alboꝝ colorẽ equoꝝ magnũ corpuſ fu
it: Albis colorẽ eqs uẽit: Albos colorẽ equos frenat. Nã qcunq; caſus noĩatiuo adiũgũ
tur ẽt declinato cõſtrui poſſunt. Virg. ĩ primo. Nuda genu nodoq; ſinus collecta fluẽ-
tis. Idẽ ĩ. vi. Laceꝝ crudeliter ora. Ora mãuſq; ambas: populataq; tꝑa raptis Auribus
Idẽ ĩ qnto: Intẽtataq; brachia remis Intenti. Ablatiuus ẽt cõiungitur noĩatiuo q̃do per
eũ aliquid euenire demõſtratur illi q ꝑ nominatiuũ profertur: ut acutus oculiſ: ideſt per
oculos: ualidus uiribus: ideſt per uires: glorioſus laude: ideſt per laudem. In hoc ſenſu

græci quidē datiuo: nos uero ablatiuo utimur: & quod supra quoq; ostendimus: quando habere aliquid: uel etiā cōsequi per genitiuū græci ostendūt: nos uero ablatiuo utimur: ut μεγάλης ἀρετῆς ἀνήρ: magnā uirtutē habēs uir: latini magna uirtute dicunt. Frequēter tamē & genitiuo secundū græcos ī hoc sensu utimur & magnæ uirtutis uir. Vir. i primo: ditissimus agri phœnicū Idē: Diues equū: diues pictai uestis & auri. Salustius ī Iugurtino: Hominis ueteris pro sapiæ multarū imaginū: ac nullius stipendii. Teren. ī andria. Forte unā cōspicio adolescētulā forma ac uultu sosia adeo modesto adeo uenusto: hoc est uirginē quæ habebat formā ac uultu modestū: & uenustū. Similiter incōsequētiæ significatione illi genitiuo: nos ablatiuo utimur tantū: ut ἐμοῦ ὁρῶντος τὸν παῖδα ἔτυψας: idest dū ego uideo puer͂ cecidisti: quod nos dicimus: me uidente puer͂ cecidisti: Augusto īperatore Alexandria prouincia facta est: idest cū augustus erat īperator: Bruto defensore liberata est a tyrāno respublica. i. cū defensor eius erat Bruto: Sylla uictore perierunt Romani pro cū uictor fuerat Sylla. In hoc autē sensu ut ostendimus: non licet genitiuo uti pro ablatiuo. Illa quoq; nomina: quæ uim habēt passiuā ablatiuo iunguntur: lassus labore: fessus cursu: cassus lumine: quod etiā participiū potest esse. Virg. i. ii. æneı. Dimisere neci: nūc cassum lumine lugent: tamen sine dubio nomē est. Idē ī. xi. Cassa fraude parat: orbus prole: uiduus pharetra. Hora. ī primo car. Puerū minaci uoce dū teret uiduus pharetra risi Apollo: Iu. ī li. iii. Dignus morte perit: cœnet licet ostrea centū. uacuus cerebro. mente captus. Est tamen īuenire ī his quoq; quædā auctoritate ueter͂ genitiuis coniuncta. Virg. l. ī. xii. Descendā magnorū haud unq̄ ī dignus auorum. In comparationibus quoq; ablatiuos ponimus pro genitiuis: ut fortior Scipio Hānibale: licet nominatiuum cū nominatiuo interposita q̄ cōparare: ut fortior Scipio q̄ Hānibal. Et quod sępe superius docuimus Flexis quoq; nominatiuis ī obliquos casus eadē constructio ī obliq̄s quoq; casibus seruat᷑: ut fortioris Hector Achillis maxima uirtus fuit: & Scipionis q̄ Hānibalis mirabilior strenuitas erat. Necesse est autē omnia casualia eosdē casus in eadē structura seruare: siue coniungantur: quod supradictū est nominibus: siue pro eis fiat posita. Et pronomina quidē loco nominū etiā per se posita iueniuntur: Ideoq; construct onē cor͂ sibi defendunt: ut gloriosus ego sū doct ina: laudabilis est ille fortitudine. Participia uero cū noīe & pronoīe: & per se posita constructionē tā uerbi necessario q̄ nois sequunt᷑: quia utriq; cognata sunt nominis ut Cicero accusans uicit: Ciceronis accusantis oratio ualuit: Ciceronis accusanti contingit gloria. Ciceronē accusantē timuit Catilina: O Cicero accusans Catilinā patriā seruasti. Cicerone accusante est uictus Verres. Et eas quidē constructiōes ad similitudinē nominū habent participia. Verbi uero constructionē seruant eius singula pticipia: ex quo nascuntur & uel absolute dicuntur: hoc est intransitiue: quō & uerba quæ nō egēt obliq̄s casibꝰ: ut sedeo surgo: ābulo sedēs: surgēs ābulās: uel trāsitiē hoc ē ī diuersas psonas uel ī se ipsas p reciprocationē. i. sui passionē: q̄ græci ἰδιοπάθειαν dicūt: ut misercor tui: uel mei misereris tui uel mei: Inuido tibi uel mihi: uido te uel me potior te uel me: & illo uel illū tui uel mei. potiēs te uel me: & illo uel illū: & tui uel mei. Et attendendum est ꝙ nominatiuus qui uerbo adiungitur immobilis manet casibus ipse: uel nullum: uel cum solū assumınit alterius casus obliquū qui uerbo construitur. Nullū quidē quādo absolute dicitur: idest itransitiue: ut Terē. ambulat: Salustius qescit. Obliquū uero quādo transitiue. i. sui passiue: ut Cæsar uicit Pōpeium. Cicero arguit Catilinam. Pater indul

get filio: Dominus miſeretur ſerui: & ſerui ſui. Ille autē noīatiuus qui obliquos exigente ipſius noīs natura ſibi aſciſcit: etiā per oēs: ut ſupra diximus caſus declinatus eandē conſtructionē caſuū ſibi defendit: ut uictor Pōpeii Cæſar interfectus eſt a Bruto: uictoris Cæſaris Pōpeii filia fuit Iulia: uictori Pōpeii Cæſari ceſſit reſpublica: uictorē Pōpei Cæſarē placauit Cicero: uictor Pōpei Cæſar clemens fuiſti: uictore Pōpeii Cæſare Romana libertas periit. Sic & oīa caſualia licet conſtruere. Poſſeſſiua ī oībus ſuis caſibus cū genitiuis alioꝝ bene coniunguntur. Quippe uim eius ubiq; habentia: ut pugna troiana: & græcoꝝ multis exitio fuit. Filius Thelamonis: & Heſionæ Teucer fuit: Terētiæ & tulliani filii miſertū eſt. Creuſæ & Aeneio nato datū eſt regnū latii. Hectoreū & andromache filiū præcipitauit Vlyxes: O noſter & fratris amice. Tua & patris tui Herodiane proficimus arte. Datiuū quoq; ſolēt romani acquiſitiuorū uel effectiuorū cū omni caſu cōſociare: ut curæ mihi iſta res eſt: curæ mihi eſt iſtius rei cauſa: curæ mihi eſt iſti rei adeſſe: curæ mihi eſt hanc rē noſcere: curæ mihi eſt hac re proficeꝛ. Similiter cordi lucro: dāno. Poſſumus enī dicere: cordi homo cordi hoīs: cordi homini: cordi hominē: ꝑ iocundus: iocundi: iocundo: iocundū. Similiter per reliquos caſus tā ſingulares q̄ plurales: quomodo & frugi & mācipi neu mancipi qui cū ſint datiui oībus tamē aliis caſibus coniunguntur quomodo etiā genitiui: per quos poſſideri uel haberi aliquid ſignificat: ut huiuſcemodi illiuſmodi: magnę uirtutis hō: magnæ uirtutis hoīs: magnæ uirtutis homini. Similiter per cæteros caſus. Itaq; etiā nihili: homo οὐτιδανὸς nihili hominiſ ſimiliter in eodē fere ſenſu figuratur noīatiuus: & obliqui eius cū accuſatiuo alterius nominis: qđ & ſupra oſtendimus. clarus genus: clari genus: claro genus: clarū genus: clare gēus. Idē iuenis & cū ablatio dignus lauđ: digni lauđ: digno lauđ: dignū lauđ & ꝛliq̄

De conſtructione Verbi.

B infinito incipit exponeꝛ uerbi ordinationē Apollonius oſtendēs hoc uerbū generale eſſe: & pro omni poſſe accipio modo uerboꝝ. Coniungitur autē frequentius uoluntatiuis uerbis quæ græci προαιρετικὰ uocant: ut uolo legere: cupio diſcere deſidero uidere. Inuenitur tamen & aliis ſæpiſſime uerbis coniunctū. Terē. i adel. Video ſapere: ītelligere: ī loco uereri: īter ſe amare. Scire eſt liberꝝ īgeniū. Virg. i. xi. Rē nulli obſcurā noſtræ: nec uocis egentē Cōſulis o bone rex cuncti te ſcire fatentur Quid fortuna ferat populi ſed dicere muſant. Nec ſolū noīatiuis ſed etiā accuſatiuis & ablatiuis ad imitationē græcoꝝ auctores cōiungunt īfinita uerba: ut cognitus poſſe dicere: & cognitū hūc poſſe dicere: & poſſe cognito dicere. Terē. i eunu. Apparet hunc ſeruū eſſe domini pauperis. Saluſtius ī qnto hiſtoriaꝝ. At lucilius audito martiū regē ꝓconſulē per lycaoniā cū tribus legionibus ī Ciliciā tendere. In eodē legiones ualerianæ cōperto lege gabina bithyniā & pontū conſuli datā: miſſos eſſe. Participioꝝ autē accuſatiui frequenter pro īfinitis uerbis ponuntur: ut Saluſtius in qnto. Sæpe celebritatem noīs te lego timentē: pro timere. & uideo ingentia dona quæſita græciæ properantē: ꝓ properare. Ablatiui quoq; pro eorū infinitis: ut idē in Catilinario. Nā & priuſq̄ incipias cōſulto & ubi conſulueris mature facto opus eſt: pro conſulere & facere. Gręco ſimiliter more infinita pro gerundini genitiuo caſu ꝓferuntur. Significat autē īfinitū ipſam rē: quā cōtinet uerbū. Currere enī ē curſus: & ſcribeꝛ ſcriptura. & legere lectio. Itaq; frequenter & nominibus adiunguntur & aliis caſibus more nominū: ut perſius Sed bonū eſt digito monſtrari: & dicier hic eſt. Terentius in adelphis: Quapropter te ipſum

purgare ipſis corã placabilius eſt. Idẽ in eunu. Certe extrema linea amare nõnihil eſt: &
bonũ eſt legere: utile eſt currere. aptũ eſt ſcribere. optimũ eſt philoſophari: quod cũ ali
is uerbi uocibus facere non poſſumus. Nemo enĩ dicit bonũ eſt lego: aut bonũ eſt legis
aut bonũ utinã legerẽ. Sed bonũ eſt legere: ut nomẽ cũ ſubſtãtiuo uerbo ideſt aliis mo
dis uerborũ adiungamus ſignificantes loco noĩs ipſius rei has uoces nos accipeꝛ̃. Cũ. n.
dico bonũ eſt legere: nihil aliud eſt ſignificare: niſi bona eſt lectio. Itaq; apud græcos ẽt
articulis adiungitur infinitũ more noĩum. Cũ autẽ ſine eſt: uel alio huiuſcemodi uerbo
ideſt ſubſtantiuo proferã: bonũ uel cõmodũ: uel utile: uel aliud huiuſcemodi caſuale:
non ipſius uerbi qualitatẽ: ſed illius rei: ĩ qua fit actus ſignifico: ut ſi dicã bonũ lego: ne
ceſſe eſt uel carmẽ: uel opus uel tale aliquid ĩtelligi. Nemo enĩ dicit: bonũ eſt lego: quo
modo bonũ eſt legere. Noĩatiuis quoq; adiectiuorũ: & obliquis eoꝝ pulcherrima figu
ra coniungit ĩfinitũ ut fortis bellare: prudẽs ĩtelligere: ſapiens prouidere: plus docere &
ſimilia. Horatiꝰ ĩ primo carminũ. Et celerẽ ſequi aciẽ: ideſt celerẽ ad ſequẽdũ. ſic & alia
Illud etiã in hoc modo contẽplandũ eſt ꝙ uerbis pręceptiuis quibus datiui adiungunt̃
poſſumus accuſatiuos copulare ĩfinitis conſequentibus: ut iubeo te curreꝛ̃: iubeo tibi ꝓ
ficiſci: & ĩpero te proficiſci: præcipio tibi legere: præcipio te legere: ſic & ſimilia. Sciẽdũ
tamen ꝙ in hoc ſenſu frequenter inuenimus pro infinito uerbo ſubiunctiuũ poni: ut iu
beo facias: iubeo dicas: ĩpero uenias. hortor legas: ĩ q̃bus deeſt ut: quod addere licet uel
nõ. Verboꝝ quoq; oĩbus modis: & participiis poſſunt ĩfinita uerba cõiungi: ut amo di-
ſcere: ama diſcere: utinã amarẽ diſcere: uel diſcere amare prodeſt: amant diſcere. Simi-
liter ĩtelligo ſentire: ĩtellige ſentire: ĩtelligere filiũ ſentire cupio. Horatius in ſecundo car
minũ Dedocet uti falſis uocibus. Participio etiã uolo intelligẽs ſentire: ſic & omnia. Eſt
tamen frequenter inuenire noĩa pro aduerbiis totius uerbi declinationi bene accõmoda
ri: ut ſublime uolo: ſublime uolas: ſublime uolat. Igitur a cõſtructiõe quoq; uim rei uer
borũ ideſt nominis quod ſignificat ipſam rem habere ĩfinitiuum poſſumus dignoſcere.
Res autẽ in perſonas diſtributa facit alios uerbi motus. Quid eſt enĩ aliud curro curris
currit: niſi curſum ago agis agit? Itaq; omnes modi in hunc ideſt infinitũ tranſumuntur
ſiue reſoluuntur: ut ambulo ĩdico me ambulare: ambula ideſt ĩpero te ambulare: utinã
ambularẽ: opto me ambulare. cũ legã ambulo: dico me prius legere: poſt ãbulare. Ita-
q; apud græcos quidẽ pro ĩperatiuo ponitur: apud nos autẽ pro pręterito ĩperfecto. Et
apud illos tamen & apud nos: hoc fit per figurã eclipſeos: ideſt defectiõis. Gaudere enĩ
dicũt pro gaude: & ſubauditur iubeo: uel uolo: uel opto. Sic enim antiqui dicebãt: gau
dere te iubeo: pro gaude. Terentius in adelphis. Gaudere egionẽ plurimum iubeo: pro
gaude Egio plurimũ. Sic ergo & apud nos cũ perfectũ ſit: dicere cœpi: pro dicebã: ſcri-
bere cœpi pro ſcribebã per eclipſim uerbi cœpi ſolent auctores proferre uerba infinita:
ut Terentius in andria. Ego illud ſedulo negare factum: deeſt enim cœpi negare pro ne
gabã. Ne mirum infinita quæ cognationem habent ad omnes modos pro quibuſdam
eorum poni: & maxime pro defectiuis cum ſint & ea defectiua. Imperatiuus enĩ defi
cit tã perſonis quibuſdã q̃ tẽporibus: & præteritũ ĩperfectum actu ipſo deficit: quippe
ſemiplenũ conſignificans. & infinita deficiunt numeris & perſonis: cũ etiã alios modos
ꝓ aliis ĩuenimus ab auctoribus ꝓferri: ut Muſa mihi cauſas memora: & dicite pierides
Imꝑatiua ꝓ optatiuis Et cõtra optatiua: uel ſubiunctiua: uel ĩdicatiua ꝓ ĩperatiuis: ut
Terenti. in eunu. Nihil tibi quicq̃ credo: deſinas pro deſine. Virg. in quarto georgi. Sin

durā metues hyemē parcesq; futuro: Cōtusosq; aīos: & res miserabere factas pro parcito & miserator. Idē ī buco. Alternis dicetis: amant alterna camœnæ: dicetis pro dicite: Hora. ī primo episto. Si te forte meæ grauis urat sarcina chartæ: Abiicito potius q̄ quo præferr̄ iuberis: Clitellas ferus īpingas: pro īpingito. In eodē uiribus uteris pcliuos: flumina: lamas: uictor ꝓpositi: simulac perueneris illuc. Sic positū seruabis honus ꝑ seruato: qūo uteris pro utitor. In eodē. Intercuncta leges: & pcuntabere doctos: pro legito & percuntator. Græci quoq; frequenter hoc utuntur modos uerborū pro modis ponentes: de quibus in articismis quibus Romani quoq; utuntur: post ostendetur.

De constructione Infiniti cum impersonalibus.

Mpersonalia actiuā terminationē hn̄tia īfinitis cōiungunt᷑: ut placet discere: licet discere. Similiter oportet: delectat libet. decet. liquet uacat cōtingit. accidit. euenit. iuuat. Virg. ī primo æneī. Et uacet annales nostrorū audire laboꝝ. Idē ī. iii. geor. Iuuat arua uidere Nō ullis hoīum non ulli obnoxia curæ. Possunt tamen & casibus adiungi: datiuo quidē ut placet mihi: licet mihi: libet uacat contingit accidit euenit. Accusatiuo uero: iuuat me: delectat me: decet me: oportet me. Accusatio simul & genitiuo: pœnitet me illius rei: tedet: piget: licet tamē & p eclipsim datiui dicere: placet me facer̄ libet te currer̄: uacāt te audire: uel accusatiui: ut placet discere: uacat audire miseret pudet & similia. Sciendū tamē q̄ si ab aliis sint uerbis actiuis: uel neutris eorū cōstructiones seruant. ut placeo tibi placet tibi: contingo tibi contingit mihi: euenio illi euenit mihi: iuuo illū iuuat illū. Quæ uero non habent primas uel secundas ꝑsonas: quæ sunt admodū pauca: uel datiuo ut libet mihi: uel accusatiuo ut oportet te illū scire quomodo decet. nā decet illū dicimus. Debet quoq; īpersonale accipitur quādo īfinito passiuā uim habenti coniūctū tres circuit personas cū maxime subiunctiuū uerbū cōsequitur: ut debet fieri a me: a te ab illo: ut auctores legantur. Sed si quis & hæc & omnia īpersonalia uelit penitus inspicere: ad ipsas res uerborū referuntur: & sunt tertiæ personæ. etiā si prima & secunda deficiant: quod etiā ī libris de uerbo ostendimus. Vnde & ꝑticipia īueniunt᷑: ut currit᷑ cursus hinc decurso spatio. Teren. ī adel. Sūt alia ut diximus quæ adiūgunt᷑ genitiō & actō: ut pudet me illius rei: tedet piget: miseret pœnitet. Infinitis quoq; tamē hæc eadē cōiuncta accusatiuū solū assumūt: ut pudet me discer̄. Terē. tamē nouo mor̄ ī adel. secūdū græcos dixit. Quē neq; pudet quicq̄. Idē ī eodē. Hei mihi nō te hoc pudet. Hoc etiā sciēdū q̄ tria qdē habēt præteritū supradictorū qnq; īpersonaliū: pœnituit: puduit: piguit: Duo uero ꝑticipia more neutropassiuorū: misertū ꝑtesum: cuius simplex ī usu nō ē: q̄uis tediū dicatur. Quæ uero habēt passiuā terminatione īpersonalia nō possunt īfinitis adiungi: ut statur curritur sedetur: & ītrāsitiua ītelligunt᷑: ut Vir. ī. vii. Bellat᷑ cōminus armis: ꝑ bellāt. Idē ī. vi. Itur ī antiquā syluā ꝑ eūt. Nā si addidero noīatiuū: bellatur gens: transitio fit ab alia ī aliā ꝑsonā. & īcipit esse passiuū: q̄uis Apollonius ī quar περὶ συντάξεως ostendit īpersonalibus etiā posse ītelligi nominatiuū ipsius rei uerborū: his uerbis μέλλει σωκράτη ὅπερ ἐπινοῶ καὶ αὐτὸ ἀναδέχεσθαι νοουμένην εὐθεῖαν τὴν κατὰ τοῦ παριστάμενου πράγματος ἐν τῷ μέλλει. Ex hoc possumus attender̄ q̄ īpersonalia similiter oīa q̄bus nos frequēter utimur quę ipsa quoq; ab huiuscemodi uerbis gręcorū μέλλει δεῖ χρή accepimus teste sapientissimo domio: doctor̄ meo Theotisto: quod ī institutione artis grāmaticæ docet possunt habere intellectum nominatiui ipsius rei: quæ in uerbo intelligitur. Nam cū dico curritur: cursus intelligitur: & sedet᷑

ſeſſio.& ambulatur ambulatio:& euenit euentus. ſic & ſimilia. Quæ res in omnibus
uerbis etiam abſolutis:neceſſe eſt ut intelligatur. ut uiuo uitam & ambulo ambulatio-
nem:& ſedeo ſeſſionem:& curro curſum.

De conſtructione infiniti uerbi impersonalis.

INfinita uero imperſonaliũ neceſſe eſt ablatiuũ pronoīs uel noīs:uel participii
ad perfectã ſignificationẽ aſſumant ut ſtari a me uolo:pro ſtare uolo. Curri a
te uis pro currere uis. ſederi a ſe uult pro ſedere uult. Nã paſſiua non egent ab-
latiuo caſu:niſi ſint tranſitiua:ut legi uolo ἀνα γινώσκεσθαι βούλομαι. hic paſſiuũ eſt ĩ trã
ſitiue dictũ. Sin dicã legi a me uolo. ſimiliter ĩtranſitiue actiuã habet ſignificationẽ:&
eſt ĩfinitũ ĩperſonalis. nã pro legere uolo accipitur. Sin autẽ tranſitiue proferatur:hoc ẽ
ut ab alia ĩ aliã perſonã paſſio fieri ſignificetur:etiã ſi ablatiuo adiungatur:paſſiui eſt in
finitũ:ut doceri a me cupis:amari a te cupio. Hanc autẽ conſtructionẽ ſeruant etiã reci
procationes:ideſt ſui paſſiones:ut amari a meipſo debeo:uituperari a teipſo debes. &
ſimilia. Poſſumus tamen & imperſonale ſimili modo proferẽte dicer̃:ut amari a me uis
pro amare me uis:de quibus iã diximus. Sed hoc quoq; ĩtereſt ĩter ĩfinitũ paſſiuũ & ĩp-
ſonale:ꝙ infinitũ ĩperſonale ĩfinitũ reſoluitur actiuũ. ut amari a me uolo:pro amar̃ uo
lo:quomodo ambulari a me uolo pro ambulare uolo: Sin autẽ in ſignificatione paſſi-
ua proferantur. neceſſe eſt etiã accuſatiuũ ſubaudiri:ut amari a me uolo illũ pro amare
uolo illũ. Hoc quoq; ſciendũ ꝙ ĩperſonalia quæ accuſatiuo ſimul caſui & genitiuo co-
pulantur:ut pudet me tui. Similiter pœnitet tedet miſeret accuſatiuo quidẽ ſignificant
perſonã in qua fit paſſio: genitiuo uero illã ex qua fit actus. Nec eſt mira huiuſcemodi
ordinatio:cũ in eos caſus r̃ſoluitur. Eſt enĩ pudet me tui:pudor me habet tui:tedet me
tui:tediũ me habet tui. pœniter me tui:pœnitentiã habet me tui:miſeret me tui:miſera
tio me habet tui. Infinita uero uerbi ſui conſtructionẽ ad caſus ſeruant ut miſereor tui:
miſereri tui uolo. noceo tibi:nocere tibi uolo. accuſo te:accuſare te uolo. potior illa re:
& illius rei:& illã rẽ. potiri illa & illius & illã rẽ uolo. Similiter eiſdẽ caſibus adiũgunt̃
participialia uel ſupina:quę uim ĩfinitiuorũ habent:quæ cũ articulis conſtruuntur apd
græcos. miſerendi tui cauſa facio. miſerendo tui moueor:miſerendũ tui eſt:miſertũ tui
uenio. miſertu tui doleo. nocendi tibi cauſa facio:nocendo tibi proficio:nocendũ eſt ti-
bi:nocitũ tibi propero:nocitu tibi gaudeo pro ĩnocẽdo tibi. Similiter alia dignãdi præ
mio. dignandũ præmio. dignatũ præmio. dignatu præmio. Sciendũ tamẽ ꝙ præpoſi-
tiones frequenter ante ſupradicta ĩ dum uel do deſinentia ponuntur:ex quo magis no-
mina eſſe oſtenduntur:niſi quod ĩ metro ĩ o terminatio more uerborum etiã corripitur
ut Iuuenalis ĩ primo. Plurimus hic æger moritur uigilando:ſed illum Lãgorẽ peperit ci
bus ĩperfectus:& hærens ardenti ſtomacho. Alphius auitus ĩ ſecundo excellentiũ. Spa
tiando paulatĩ trahit. Et dimetrum iãbicum de qbus plurima diximus de uerbo tractã
tes. Illa quoq; noĩa ĩ dus deſinentia uerbalia frequentiſſime & maxime ĩ obliquis caſibꝰ
pro ĩfinitis accipiunt̃ cum articulis apud græcos copulatis. Sed hoc ĩterſunt gerundiis
ꝙ genera & caſus & numeros noĩum quibus coniungunt̃ ſeruãt. Cicero ĩ primo ĩuecti
uarum. Nihil munitiſſimus habendi ſenatus locus. Similiter dicimus legendi Virgilii
cauſa uigilo. ĩ legendo Virgilio uigilo. Virgilium legẽdum puto. uel ad legendum Vir
gilium uenio:ĩ legendo Virgilio laboro. In fœminino ſimiliter:celebrandæ uirtutis gra
tia ſcribo. Et pluraliter. ĩuocãdaꝝ muſarum gratia ſcribo. Gerundia uero eiſdẽ termi-

nationibus:& genera diuersa:& casus uerbo suo cōgruos tantū:& utrosq; numeros si-
bi coniūgunt.ut legendi Virgiliū & musam & musas.Similiter legēdo Virgiliū & mu
sas legēdo.& legendū ē Virgiliū & musas.Oia uerba transitiua uel genitiuo:uel datio
uel accusatiuo:uel ablatiuo adiūgūť.ut egeo tui:isidior tibi:metuo te:fruor illa re.Er
go si cōiungantť duo uerba:quoꝝ alteꝝ sit īfinitū:eosdē casus asciscētia fit dubitatio ut
misereri tui eget animus mei.Cū.n.utrūq; uerbū genitiuo soleat adiūgi:dubiū ē cuius
animus misereatť uel egeat.Similiter per datiuos:maledicere tibi placet mihi.Et p accu
satiuos:cupio te uīcere me.& p ablatiuos:dignor gloria:potiri laude.Dubiū est enim
cū utriq; casus similes sint:& utriq; uerbo possint cōgrue aptari qs cui reddatť:& aptius
qdē est priori casui prius sociari uerbū.Sed auctores frequētissime trāsitionibus utūť:
ut Aio te æacida romanos uīcere posse.Est eni ordo.aio romanos uīcere te æacida pos
se:idest dico q̄ romani te possunt uīcere:q̄ naturaliter passiones secundæ sunt actionū
& actio ī romanis:passio uero ī Pyrrho significatť.Sed aptissimū maxīe fuit respōso:ēt
ī cōfusione ordinis propriā oraculi obliquitatē seruare:quis & apud oēs auctores huius
cemodi figura latissime pateat.Omnibus modis aliis potest īfinitū coniūgi uerbū:ut
studeo legere:stude legere:utinā studerē legere:cū studeā legere.Et īfinitū īfinito:ut ui
deo filiū studere legere.Participiis quoq; iunguntť:studēs legere.Participialibus etiam
uel supinis:ut cā spectandi currere equos ascēdo.circūspectādo currere equos delector
spectandū est currere equos:spectatū currere equos eo:iocūdū ē spectatu curreř equos
Et noībus tamē pulchra sociatť figura idē īfinitū:ut bonus iudicare:fortis bellare:pru-
dēs ītelligere:iustus disceptare:ut Virg.ī buco.Cur nō mopse boni quoniā cōuenimus
ambo:Tu calamos īflare leues ego dicere uersus.

De constructione Finitiuorum.

Ndicatiuus qa essentiā plærūq; ipsius rei significat:hoc noīe nuncupatť.Ideo
autē diximus plærūq;:qa īuenitť sæpissime etiā dubitatiuus:uel īterrogatiuus
ut Teren.ī phormione.Sic sum si placeo uteř.& Virg.ī.iii.Pro quo si sceleris
tāta ē iniuria nři.Si dubitatiue posuit.In eodē Hectoris andromache pyrrin cōnubia ser-
uas?In eodē.Vera ne te facies:uerus mihi nūcius affers Nate dea?uiuis ne?aut si lux al
ma recessit Hector ubi ē?Itaq; opportūe optatť aduerbiis:uel cōiūctiōibꝰ affirmatiuis
uel casualibus:quę substātiā uel essentiā rei cōprobāt:uel abnegatiuis quę eā abnuunt:
ut Vir.ī.iii.Viuo eqdē.uitāq; extrēa p omīa duco.Salustius ī catili.Veꝝ enīuero is de
mū mihi uiuere:ac frui aīa uidetť:& p abnegationē.Virg.ī.iii.æneī.Nō tibi tyndaridis
facies īuisa lacenæ:Culpatus ue paris:ueꝝ īclemētia diuū Has euertit opes.Et īueniūť
quoq; etiā cū aliis modis supradicta aduerbia uel coniunctiones:frequētius tamē īdica
tiuo sociantur.Iste autē modus est opportunus ad plenā reꝝ expositionē.Virgilius in
secundo æneī.Fuimus troes:fuit iliū:& ingens Gloria dardanidum:ferus omnia iuppi
ter agros Transtulit:incensa danai dominantur in urbe.Vnde hoc modo frequentissi-
me utuntur historici.Cuicunq; autem casui īdicatiui iungantur necesse est cæteros quo
q; modos coniungi:de quo postea dicetur.

De constructione Imperatiui.

IMperatiua primas personas singulares nō habent:qa nemo sibi ipsi potest īm
pare:nisi figurate:quasi ad aliū loquens in secunda persona seipsum proferat.
ut Iuuenalis in primo.Tecum prius ergo uoluta Hæc:animā te tuba.Teren.

In adel. A edepol ſyriſce te curaſti molliter: lauteq; munus adminiſtrati tuū. abi. Pluralis uero numerus apud nos oēs habet ꝑſonas. pōt enī ꝑ cōnumerationē aliqs ſeſe illis q bus īpat adiūgere: ut dux ſuos milites iubēs cōmittere bellū aptiſſime dicit: pugnemuſ cōfligamus. Græci tamē ea ὑποθετικα nominānt. i. hortatiua dicētes ꝙ quaſi ad ſimiles: & ſocios huiuſcemodi uerba ſolēt dici. Imꝑatiua uero ad ſubiectos ab eminētioribus: ꝙ minime ē uerꝝ. Cū etiā ad deos frequētiſſime imꝑatiuo modo ī ſupplicatiōibus & īuocatiōibus utimur. & ad reges quoq; & īperatores: ut Muſa mihi cauſas memora. & Pādite nūc elicona deæ cantuſq; mouete. Ergo multo aptius ē eo uti ad pares cū ad excellētiores tā ī frequēti ē uſu. Et ſciendū ꝙ ad ſecūdā ꝑſonā ſermo dirigit᷑ imꝑātis: cuicūq; imꝑat ꝑſonæ: Nā q dicit pugnemus fortiter cōmilitones: cū uocatiuo utitur: ad ſecūdā loquitur ꝑſonā. Nā cōnumerando ſe eis cū ſit uſus uoce primæ ꝑſonæ pluralis oſtendit paratiſſimū quoq; ſe ad id qđ illis imꝑat efficiendū. & q dicit pugnet exercituſ imꝑat: ut īternūcia ſecunda ꝑſona efficiat ꝑ tertiā qđ imꝑat: Eſt tamē q̄do ſignificātiæ cauſa imꝑatiuis adiūgunt᷑ ſubiūctiua: uigila ut legas. i. diligēter legēdo uigila. Cic. i tertio iuecti. Cura ut uir ſis. Terē. ī andri. Fac ut me uenias. Eia & age aduerbia hortatiua aptiſſime imꝑatiuo cōiungūt᷑: ut Vir. ī. iiii. æneī. Eia age rūpe moras: uariū & mutabile ſemꝑ Fœmina: Idē ī. vi. Nūc age dardaniā prolē quę deinde ſequat᷑ Gloria: q maneāt itala de gēte nepotes Expediā dictis & te tua fata docebo: deeſt enī ueni uel audi: etiam ſi ſecū ipſe loquēs: & ſeſe hortans aliquis hoc utatur figuratiue: quaſi ad ſecundā loquitur perſonā Inueniūt᷑ tamē auctores & īdicatiuis & optatiuis ſubiunctiuis uſi ꝓ imperatiuis: quō ſupra oſtendimus. Et græci quidē habent imperatiua præteriti temporis. Nos autē in actiuis uel neutralibus uerbis penitus ea habere nō poſſumus. In paſſiuis uero & omnibus quæ habent participia præteriti temporis per circūlocutiones poſſumus habere: ut doctus es uel eſto λελίλαξο doctus ſit uel eſto δεδιδαχθω. ornatus es uel eſto κεκοσμισο. ornatus ſit uel eſto κεκοσμήσθω. Similiter ueneratus ſit uel eſto: placitus ſit uel eſto clauſus ſit uel eſto: ſecutus ſit uel eſto: & per omnes ſic perſonas ſecuti ſimus: ſitiſ ſint Imperatiue dicta inueniuntur: cum ſint præteriti temporis. Sed hanc uim habent: ut imperemus ut in futuro ſint tranſacta: ut ſi dicam clauſa ſit mox feneſtra. impero ut ſtatim claudatur: & mox ſit clauſa: uel ſi dicā: poſt horā primā ſit iuratus oſtendo me imperare ut iuret ante horā primā finitam. Illud etiā monendū ꝙ imperatiua uerba uocatiuis adiūcta noīum ꝑfectionē oratiōis habēt: ut apolloni doce: Trypho diſce. Noīatiui egēt plærūq; ſubſtātiuis uerbis & noībus ſimiliter ſubſtātiā ſignificātibus relatiuis ut q es Apollonius doce: q es Trypho diſce. Græci āt ꝑticipio utūt᷑ ſubſtātio: ut ἀπόλλων ὢν διδάσκεις. τρύφων ὢν μανθάνεις. quo nos quoq; ſecundū analogiā poſſumus uti: niſi uſus deficeret ꝑticipii frequēs: q̄uis Cæſar nō incongrue protulit ens a uerbo ſū es ē: qūo a uerbo poſſum potes potēs. & ꝑ eclipſim tamē ſupradictoꝝ īuenimus noīatiuos ut lætus cogito paratiſſimus cogitas. Cicero iuſtus defendit. & ſimilia.

De conſtructione Optatiui.

Optatiua uerba indicant ꝑ ſe & rē: & uotum: aduerbium uero utinā tantū uotū ſignificat. Ad ampliorē igitur demonſtrationē addit᷑ uerbis optatiuis. quomodo & confirmatiua aduerbia indicatiuo: ut profecto facio: certe lego. i. intelligo & apud græcos quidē αἰθε. i. utinā aduerbium non ſolū optatiuo: ſed etiā indicatiuo modo adiungitur: & facit id loco optatiui accipi: ut Homerus. αἰθ᾽ ὤφελες παρὰ νηυ-

αδάκρυτοσ καὶ απήμων ἧσθαι. Idē αἰθοῦτωσ επὶ πᾶσι χόλον τελέσειε αγαμέμνων. Apud nos
tamē utinā īdicatio nō adiūgit̄. Et græci qdē maxīe attici etiā sine deprecatōe solēt hoc
modo: idest optatiuo uti ꝑ idicatiuo: nos uero noīe: q̄uis similes sint eius uoces subiun
tiui uocibus qbus frequētissime pro īdicatiuis utunt̄ auctores nostri. Optatiua autem
præteritū ideo habēt: quāq̄ ea debemus orare: quæ non defuerint: qa sæpe euenit abesse
eos ꝑ qbus oramus & optamus: ut id illis iā pfectū sit. qd̄ cupimus: ut utinā filius me-
us q athenis est. doctus esset uel fuisset: idest utinā perfecta ī ipso doctrina sit: uel utinā
cognoscamus id illi euenisse. Est āt quādo optatiuo utimur præteriti tēporis dolētes ꝙ
nō factū sit: ut utinā hoīes cōtra se ferrū nō mouissent: utinā mare nunq̄ nauigassent. &
similia. O etiā aduerbiū sicut & si coniunctio: & ut pro utinā inuenit̄. Virg. ī. vii. Ad-
sis o tantū: & proprius tua nuia firmes. Idē ī sexto. Si nūc se nobis ille aureus arbore ra
mus Ostendat nemore ī tāto. & Teren. ī eu nu. Vt illū dii deæq; oēs supi īferi malis exē
plis perdant. Et p se tamē uerbū optatiuū sæpe ponit̄ sine prædictis pticulis: ut Luca.
ī prio. dii uisa secūdēt. Et fibris sit nulla fides: sed cōditor artis Fixerit ista tages. et nota
qd̄ subiūctio simile ꝓtulit prǽteritū pfectū optatiui: qd̄ multis placuit artiū scriptoribꝰ

De constructione Subiunctiui.

Vbiunctiuus & dubitatiuus dicit̄: uel qd̄ subiungit̄ coniunctioni: uel ꝙ alte-
ri uerbo oīmodo subiūgit̄: uel subiungit sibi alteꝝ uerbū: ut Virg. ī buco. Cū
faciā uitula pro frugibus ipse uenito. Idē ī. iii. æneidos. Inter utrāq; uiā læti di
scrimine puo Ni teneāt cursus: certū ē dare lintea retro. Et sciendū ꝙ necesse etiam ē al-
teri modo eum sociari: uel eiusdem uerbi alteri uerbo: etiam si sit cum infinito: ut cū do
ceam legere discipulum expono ei: uel si docerem legere exponerem: & similia. Omni-
bus igitur modis potest sociari: ut si doceam discis: si doceam disce: utinam discas si do
ceam: cum doceam discas. Similiter omnibus modis impersonalis quoq; uerbi potest
coniungi: ut cum ueniam curritur: & cursum sit: & curratur: & cursum erit: & similia.
Frequentissime tamen si coniunctio dubitationem significans ei sociatur: idest pro ἐὰν
græca coniunctione posita ut Terentius in adelphis: Si tu sis homo hic faciet. Cum εἰ
uero coniunctionem græcam significat: quæ apud illos συναπτικὸσ nominatur: idest
coniunctiua: quod rem rei continuari demonstrat indicatiuo coniungitur: ut si uiuit
spirat: & si spirat uiuit: si ambulat mouetur: in hoc non possumus reciproce dicere: si
mouetur ambulat. non enim qui mouetur ambulat omnimodo: qui ambulat uero: &
mouetur omnimodo. Inuenitur tamen ea coniunctio apud græcos idest εἰ non solum
indicatiuo sed etiam optatiuo: & maxime apud antiquos: etiam subiunctiuo sociata.
ut Homerus ἄρσαντεσ κατα θυμον ὅπωσ ἀντάξιον ἔσται subiunctiuum posuit. Idem ἄλλεσ
ιμέν λεγουσι. Idem εἰ δ' ἐσ ὑγεσ πολέμον πωλήσεαι. indicatiuo usus est pro subiunctiuo:
& εἰ pro ἐὰν. Demosthenes uero ī orōne παραπρεσβείασ. optatiuū ꝓtulit: qmos ē atticus
frequentissimus: τοὺσ ἐ νομ: Nostri quoq; frequentissime atticos imitantur & subiuncti-
uos siue optatiuos (Nam eædem sunt uoces) non solum cum supradictis coniunctio-
nibus: sed etiam sine his ponunt: quando confirmatiue uel dubitatiue proferunt: ī quo
græci ἂν uel κεν solent adiicere. Nil mirum igitur si coniunctionem apud nos: quæ tam
pro ἐὰν græca coniunctione: quæ casualis est uel perfectiua: quam pro εἰ: quæ coniuncti
ua est ponitur utriusq; constructionem: quam habent apud græcos supradictæ coniū-
ctiones ad uerba seruare: idest ut indicatiuo & optatiuo & subiunctiuo possit adiungi.

Indicatiuo ut Virg. in. viiii. Si tibi quæ posco promittũt nã mihi facti Fama sat ẽ. Ter. in phor. Sic sum si placeo utere. Optatiuo: Virg. in sexto: Si nũc se nobis ille aureus arbore ramus Ostendat. Subiũctiuo. Teren: in phor. Si attigisses ferres infortuniũ. Sed indicatiuo sæpe coniunctũ ostendit magis q̃ confirmari & credi rem si esse uel fieri posse q̃ dubitari. Virgi. in. ii. æneI. Dii si qua est cœlo pietas. Cõfirmatiue enim potius q̃ dubitatiue dicitur. Idem in nono quod supradictum est. Si tibi quæ posco promittunt: nam mihi facti Fama sat est. tumulo uideor reperire sub illo Posse uiam. Credit enim facile promissuros. Teren. in andria. Id si impetro quid si alias malim q̃ hodie has fieri nuptias? hic enim quoq; sperat se imperaturum. Idem in eadem. Sed si quid tibi narrare occepi cõtinuo dari tibi uerba censes. Et est hoc loco etiam illud attendendum: q; prætéritũ indicatiui cum præsenti solent auctores cõiungere: quando perfectionem rei res sequitur alterius altera: & i illis quidem quæ prior perficitur significatione præterito perfecto utuntur præsenti uero i cõsequentis demonstratiõe: ut hic. Si quid tibi narrare occepi: cõtinuo dari tibi uerba censes. Idem in eunu. Et que uera audiui taceo: & contineo optime: sin falsum aut uanũ: aut fictũ cõtinuo palam est: plenus rimarum sum: hac atq; illac perfluo. Idem in andria si cõfirmatiue posuit. Si te i germani fratris dilexi loco: siue hæc te solum semper fecit maximum. seu tibi morigera fuit i rbus omnibus. Luca. in primo. Nec si te pectore uates Accipio cyrrhea uelim secreta mouẽtem Solicitare deum. Indicatiuo enim usus cõprobat hoc fieri: & uelim subiunxit promittẽs: cum hoc sit posse minime egere Apolline: quod græci οὐκ ἂν βουλοίμην dicunt: idest nolim penitus: Idẽ in decimo: Si tua restituit ueteri ne dextera fato Amplector regina pedes. Teren. in phor. Si placeo uterẽ: absq; dilatõe hoc ostẽdit faciẽdũ. Idẽ i eunu. Si diis placet: spo me hẽre q hũc excruciet meo mõ. Rẽ. n. quã spat: firmã eẽ ostẽdit. Si. n. dixisset si diis placeat dubitarẽ se ostẽdisset. Idẽ i and. Si illũ reliquo eius uitæ timeo: sin opitulor: huius minas: utrũq; enim sibi certũ esse ostẽdit. Idem in adelphis. Ego in hac re nihil reperio: quamobrem lauder tantopere egio: meum officium facio: quod peccatum a nobis ortũ est corrigo: Nisi me ex illo credidisti numero hominum esse qui putant sibi fieri iniuriã ultro: si quam facere ipsi ius expostulant: Ecce hic nisi credidisti dixit: pro credis. Similiter indicatiuis utuntur quãdo in ipsis esse uel fuisse rebus aliquid uolunt ostẽdere: ut Cicero de prætura urbana. Qui si cõdemnatur. desinent homines dicere his iudiciis pecuniam plurimum posse: sin absoluitur: desinemus nos de iudiciis transferendis dubitare. Virgilius etiam in sexto: Si potuit manes arcessere coniugis orpheus: Si fratrẽ pollux alterna morte redemit. Itq; reditq; uiam totiens: de rebus quas sine dubio factas esse ostendere uult indicatiuis est usus cum supradicta si coniunctione. Quãdo uero dubia res ostenditur utrum fieri possit nec ne per indicationem: idest κατ᾽ ὑπόθεσιν subiuntiuis magis utunẽ. Virgilius i octauo. Sed si quisquam multa uides discrimine tali: Si quis in aduersum rapiat: casusue: deusue: Te superesse uelim. Idem in buccolicis: Si qs tamen hoc quoq; si quis Captus amore legat. Cicero tamen: Si quis uestrũ iudices: aut eorum qui adsunt forte miratur. Additione forte cum indicatiuo est usus loco subiunctiui cum dubitatione posito. Terentius in andria. Si ueniat q; dii prohibeant diffidiũ Cicero in primo inuectiuarum. Si te parentes timerent atq; odissent tui. Nec aliter possunt superposita siue inductiua: quæ græci ὑποθετικά uocant proferri: nisi per subiunctiuum. Idem in eodem: Nunc intelligo si iste quo intendit in maliana castra peruene

rit neminē tā ſtultū fore: qui non uideat coniurationē eſſe factā ὡσ οὐκ ἄρα ἰσχοίη affirmati
ue dixit. Et erūt qui illū ſi hæc fecerit: non iprobū: ſed miſeꝝ me non diligentiſſimū con
ſulē: ſed crudeliſſimū tyrannū exiſtimare uelit. βουλοιντο ἄρα: hæc quoq; affirmatiue di
xit. Similiter Virg. i. viii. Similis ſi cura fuiſſet. Idē i. xi. Eſſet par ætas & idem ſi robur
ab annis. Eſt tamē quādo etiā i dubiis utunť idicatiuo cū ſi cōiunctione: ut Virg. i. xi.
Aut ſi qua id fortuna uetabit Abſenti ferat iferias uetabit: pro uetet dixit metri cā. Nā i
eodē ſenſu ſubiunctiuo eſt uſus. Si quis in aduerſum rapiat caſuſue deuſue. Eſt tamen
quando per defectionē ſi quomodo etiā ut ſubiunctiua proferuntur & ſubaudiunť ſu-
pradictæ cōiunctiones: ut Iuue. i primo. Græculus exuriēs i cælū iuſſeris ibit: ꝓ ſi iuſſe
ris: Stati. i ſecunda thebai. Miratoſq; uelint tranſumere cultus Et pallas doceat phare-
tras: & delia criſtas pro ſi uelit. Virg. i. vi. Tu quoq; magnā partē ope i tanto ſineret do
lor icarē haberes: Deeſt enī ſi Hora. i primo carmi. Sapias uina liques: ꝓ ſi ſapias. Et ſci
endū ꝙ quomodo apud græcos τὸ ἐὰν ſubiunctiuo τὸ εἰ uero & idicatiuo & optatiuo &
ſubiunctiuo iuenitť cōiunctū: ſic & apud latinos ſi coniūctio quę utrūq; demoſtrat q̄do
cōſequētiā ſignificat: ſine dubio idicatiuo adiungitť: ut ſi ambulat mouetť: & ſi uiuit ſpi
rat. Quādo autē cauſalis eſt: magis ſubiunctiuo. Eſt tamē q̄do idicatiuo cauſalis cōſo
ciatť: ut ſi doceā diſce: uel diſcis: diſcas & diſces. Et ſi prodeſt tibi fac: & facis & facias: &
facies. Iſte igitur modus ſubiunctiuus ut breuiter eius uim colligam: apud latinos eſt
q̄do dubitationē: q̄do cōprobationē q̄do poſſibilitatē ſignificat: in q̄ ſunt ēt illa q̄ ὑποθε
τικῶσ ideſt ſuppoſitiue iducuntur. Dubitationē: ut Virg. i. iii. æneí. Eloquar an ſileā ge
mitus lachrymabilis imo Auditur tumulo. Idē i primo. O quā te memorē uirgo nāq;
haud tibi uultus Mortalis εἴποιμι ἄρα. Teren. i eunu. Quid igitť faciā: non eā ne nūc qui
dē cū accerſor ultro. an potius ita me cōparē non perpeti meretricū cōtumelias? Appro
bationē: ut Virg. i quarto æneí. Si mihi non animo fixū imotūq; ſederet: Nec cui me ui
clo uellē ſociare iugali: Poſtq primus amor decepta morte fefellit: Si nō perteſum tha-
lami tedæq; fuiſſet: Huic uni forſan potui ſuccumbere culpæ. ἐγεγόνει ἄρα. Et notandū
ꝙ forſan dubitationis aduerbium: & potui poſſibilitatis uerbum cum i finito poſuit ꝓ
quibus ſufficeret ſi ſubiunctiuum poſuiſſet: huic uni ſuccubuiſſem culpæ: Docuit igitť
poeta quæ ſit uis ſubiunctiui poſſibilitatē ſignificantis. Idem in eodem: Sed mihi uel
tellus optem prius ima dehiſcat: Ante pudor q̄ te uiolem. optem εὐχοίμην ἄρα affirma
tiue dixit. In eodem: Sese iterea quando optima dido Neſciat: & tantos rumpi nō ſpe-
ret amores. Neſciat: & non ſperet affirmatiue dixit. Similiter Cicero in primo uerrina-
rum: Si quis ueſtrum iudices aut eorum qui abſint forte miratur me: qui tot annis in
cauſis iudiciiſq; publicis ita ſim uerſatus. ut defenderim multos: læſerim neminem. Ita
ſim dicit non dubitans: ſed approbans: οὕτωσ ἀνασϛραφεισ εἴην. Sciendum tamen ꝙ tā
ut coniunctione caſuali q̄ ſi ſequentibus cum uerbis ſubiunctiuis: uel antecedentibus
etiam antecedentia: uel ſequentia quoq; frequentiſſime per ſubiunctiuum modum pro
ferre ſolent romani: & maxime qui adiuncto uel quæ: uel quod rationem colligentes:
uel dubitationem oſtendentes: ut rogabam ut oſtenderes qui fueris: & placebas ſi dice
res quod feceris. Quod per ἄρα coniunctionis adiunctionem ſolent græci ſignificare.
Virgilius in ſexto. Quem ſocium exanimum uates: quod corpus humandum Diceret
λέγοι ἄρα. Cicero inuectiuarum ſecundo: Quęſiui a catelina nocturno conuentu apud
maritum Leucam fuiſſet: nec ne? ε γεγόνει ἄρα: hic interrogatiue ꝓtulit. Virgilius i quar

to æneí. Eloquar an ſileã ἢ ἄρα σιωπήσω dubitatiue poſuit Horatius ĩ primo carminum Cur apricũ oderit cãpũ patiẽs pulueris atq; ſolíſ. Oderit μισήσει ἄρα quiſ idẽ ſit ĩdicatiuum futurũ. Cicero inuectiuarũ ſecũdo. Non cũ ille audaciſſimus cõſcientia cõuictus primo reticuiſſet patefecit cætera: quid ea nocte egiſſet ἐδεδράκει ἄρα: Quid proxima conſtituiſſet διατεθήκει ἄρα queãdmodũ eſſet ratio totius belli deſcripta. ἦν ἄρα διαγραφεὶς ὁ λογισμός Omnia affirmatiue dixit. Id ĩ prætura ſicilienſi. Quare cuiuſmodi putamus illa eſſe quæ negat: cũ hæc tã ĩproba ſint quæ fateatur. Græce eñi quoq; hoc inter prætantes dicimus ἅπερ ἄρα ὁμολογεῖ. Rationẽ colligentes: confirmanteſq; quod dicit᷑: Idem in eodẽ: Hoc poſtulatũ de ſtatuis ridiculũ eſſe uideatur: qui rẽ ſentẽtiãq; non reſpiciat οὐκ ἄρα κατιδοι. Teren. ĩ phormi. Ita fugis ne præter cauſam quod aiunt οὐ τὸς ἄρα φεύγοις ἢ φύγοις. Idẽ ĩ andria: Quæ ſit rogo τίς ἄρα εἴη. In eadẽ: q̃ timeo quorſum euadas. ὡς δέδοικα ὅποι ἄρα ἐπιβαίνοις: Nã ſi illũ obiurges uitæ: q auxilium tulit᷑ quid facies illi quí dederit dãnũ aut malũ᷑ τί ἂν ποιήσῃς ἐκείνῳ ὅς ἂν δεδώκῃ ζημίαν ἢ κακόν᷑ ἂν quoq; græca coniunctio quotiens apud græcos ponitur poſſibilitatẽ ſignificãs: quæ apud illos ĩdicatiui qdẽ modi: uel præterito ĩperfecto: uel ἀορίστῳ: quẽ nos nõ habemus niſi quod ꝓ eo: & ꝓ παρακειμένου præterito ꝑfecto utimur: & cũ pluſq̃perfecto adiũgit᷑ Optatiuis aũt oĩbus qppe cõiunctis cũ tribus ſupradictis tẽporibus. Præſens. n. optatiuũ: & præteritũ ĩperfectũ idẽ eſt. & præteritũ ꝑfectũ: & pluſq̃perfectũ: & futurꝫ: & ἀόριστον: quod uocãt tẽpus cõiungit᷑ ἄν. Noſtri ergo quoq; ĩ oĩa illos ſequẽtes q̃do poſſibilitatẽ demõſtrare uolunt: optatiuis ſiue ſubiunctiuis uerbis utunt᷑: ut Terẽ. ĩ phor. Neq; deficiſcar uſq; adeo expirier: donec tibi id quod ſum pollicitus efferero ἐκτελέσοιμι ἂν ἀπεργασοίμην ἄν. Sic ergo quod illi ſolent & ꝑ indicatiuũ: & per optatiuũ facere addẽteſ ἂν coniũctionẽ grecã. Nos ſubiunctiuis per ſe poſitis ſolemus demõſtrare: ut docuiſſẽ ſi diſcere uoluiſſeſ. διδαξαίμην ἂν εἰ διδαχθῆναι εἰ ἐβουλήθης. ideſt poterã docere. Et præteritiſ qdẽ utentes oſtẽdimus rẽ quę potuiſſet facta eſſe: nõ eſſe factã. Pręſenti uero uel futuro ſubiunctiuo utentes ĩ huiuſcemodi cõſtructione oſtendimus poſſe fieri aliqd niſi quid ĩpediat: ut doceã ſi uelis. ideſt poſſum docere ſi uoluntas tua non ĩpediat: Similiter ĩ futuro docuero ſi uolueris: ideſt potero docere ſi uolueris: Hora. ĩ prĩo car. Quis martẽ tunica tectũ adamãtina digne ſcripſerit: pro ſcribere potuerit. Illud quoq; ſciendum q quotiens penitere nos rei non factæ demonſtrare uolumus Subiunctiuo etiam utimur ut Virgilius in quarto. æneí. Faces in caſtra tuliſſem Impleſſemq; foros flammis. natũq; patrẽq; Cũ genere extinxem: memet ſuper ipſa dediſſem. i. cur faces ĩ caſtra non tuli: quod debui facere: Cur non ĩpleui foros flãmis. Cur non natũ patrẽq; extinxi: & ſuper memet ipſa dedi᷑ poteſt tamen & hoc poſſibilitatis eſſe. Oſtendit eñi ſe potuiſſe: niſi demens fuiſſet hoc facere. Ideoq; ſe pœniteŕ: q autẽ atticũ morẽ ſequẽtes his utũtur neceſſariũ eſſe æſtimo. Illorũ etiã auctoritate hoc cõprobare. Plato ĩ alcibiade. πάντας οὖν οὖν ἂν ἤδη φαίην In eodẽ καὶ τότε ἑκατὸν εἰχόμεθα ἂν ἡμῖν αὐτοῖς τὰ κακίχα ὅπερ ecce ἂν & ἄρα affirmatiue poſuit. Idẽ in lyſide. ecce hic & ĩterrogatiue & cõprobatiue poſuit ἄν. In eodem & ἄρα quoq; tam interrogatiue q̃ confirmatiue in hoc loco poſuit. Inuenis tamen & per eclipſim ἄρα & ἂν apud illos proferri. Optatiua uerba in ſimili ſenſu quomodo apud latinos proferuntur. Vt idem in carmine. ecce more romano ſine ἄρα uel ἂν hoc totum protulit. Electiue quoq; ſæpiſſime hoc modo utimur: ut imperem potius q̃ moneam: diſcam q̃ doceam: quæ & confirma-

tiue dicuntur. tamen & præterito plusq̃perfecto præteritũ ĩperfectũ coniungere: & præ
senti præsens: uel futuro solent uel præterito: ut fecissem nisi ĩpedires: & contra facerem
nisi ĩpedisses: & faciã nisi ĩpedias: & nisi ĩpedieris: & fecero nisi ĩpedieris & ĩpedias. Vir.
in. ii. æneí. Non prius aspicies ubi fessum ætate parentẽ Liqueris anchisen: superet con-
iunx ne creusa. Ascaniusq; puer: quos omnes undiq; graiæ Circũerrant acies: & ni mea
cura resistat Iam flãme tulerint inimicus & hauserit ensis ꝑ poterãt tulisse: & poterant
hausisse. Hora. ĩ arte poetica: Dixeris egregie: notũ si callida uerbũ Reddiderit iunctu
ra nouũ: idest poteris dicere egregie. Frequẽtissime tamẽ auctores utunt̃ subiunctiuis
cõfirmãtes etiã præterito tempore res ꝑfectas. Et sciendũ ꝙ hanc uim hñt ut ad cõgni-
tionẽ ĩtelligant̃ futurã: Quippe cũ subiunctiua etiã præteriti tẽporis quomodo opta-
tiua uim habẽt futuri. Optamus enĩ ea quæ sunt futura. Cice. ĩ initio uerrinaꝝ quod su
pra quoq; posuimus. Si q̃s iudices uestꝝ: aut eoꝝ q̃ adsint forte mirat̃: me q̃ tot annos
ĩ causis iudiciisq; publicis ita sim uersatus: ut defenderĩ multos læserĩ neminẽ. Sic quo-
q; ĩtelligi potest ita sim: ꝑ ita ĩueniar uel cognoscar. Nec mirũ subiunctiuũ poni ꝑ fu-
turo: cũ etiã ĩdicatiuo utunt̃ sæpe futuro de rebus iã dudũ præteritis ĩ supradicta signi
ficatione: ut Luca. ĩ prĩo: Nõ tu pyrrhe ferox nec tãtis cladibus auctor Pœnus erit: Erit
dixit: ꝑ cognoscit̃ uel dicet̃. Vt causalis cõiunctio oĩbus tẽporibꝫ: & quo: ꝙ quatinus
& quæcũq; ꝑ ea ponunt̃ causali: idest ἵνα significanti subiũctiuo adiungunt̃: licet autẽ
& ĩdicatiua & subiunctiua eis coniunctionibus anteponere uel subiungere: ut doces ut
ꝑficias: docebas ut ꝑficeres: & doceres ut ꝑficeres: docuisti ut ꝑficeres: & docuisses ut
ꝑficeris: docueras ut ꝑfecisses: docuisses ut ꝑfecisses: docebis ut ꝑfeceris: & docueris ut
profeceris: Sed ĩdicatiuis utimur rẽ quæ sit ĩdicãtes: Subiunctiuis uero q̃d debuit fieri
ostẽdentes magis suasorie. Impatiua quoq; & optatiua bene possunt his adiungi: ut le
ge ut discas utinã discas & doceas: Pro ĩperatiuis quoq; subiũctiua frequẽter ponũt au
ctores: ut Terẽ. ĩ andr. Quæso ædepol carine quoniã nõ põt id fieri q̃d uis: id uelis q̃d
possit. Idẽ in phor. Desinas: sic ẽ ingeniũ mulierũ: ꝑ desine: ꝙ aurẽ ĩ plærisq; intellectæ
supradictæ cõiunctiones græcæ. i. ἀν & ἀρα faciunt poni subiunctiuos etiã aliis coniun
ctionibus positis uel non usibus auctoꝝ Iteꝝ aliis quoq; cõprobabimus. Virg. ĩ. ii. ge
orgi. Tamẽ hæc quoq; siquis Inserat: aut scrobibus mãdet mutata subactis: Exuerint
siluestrẽ animũ ἐκδύσοιντο ἄν Idẽ in eodẽ. Non alios prima crescentis origine mundi Il
luxisse dies: aliũde habuisse tenorẽ Crediderĩ: πιστεύσαιμι ἄν. Idẽ in primo æneí. At pius
æneas p̃ nectẽ pluria uoluẽs: Vt primũ lux alma data ẽ exire locosq; Explorare nouos:
q̃s uento accesserit horas. προσελήλυθεν ἄρα: q̃ teneant τινὲς ἄρα κρατοῖεν. hoĩes ne fere n.
Quærere constituit. Hora. ĩ. ii. car. Illũ & patris crediderĩ sui fregisse ceruicẽ. Cõfirma
tiue πεπιστευκὼς ἤμην ἄν dixit. Virg. ĩ. viii. Similis si cura fuisset: Tu quoq; fas nobis teu-
ET q; ea diuersa penitus dum parte geruntur. Discipulus scande uersum. Magister Atq; a diuer sapeni tusdum ptege runtur. Discipulus quot cæsuras habet Magister duas. semiquinariam & semiseptenariam. Discipulus quod figurarũ est. Magister decem. Discipulus quare. Magister quia constat ex tribus dactylis & duobus spondeis. Discipulus tracta singulos pedes. Magister atqu ea diuer sapeni tusdum partege runtur. Discipulus quot partes orationis habet hic uersus. Magister septem. Di. quot noia? Ma. duo: diuersa & parte. disci. quot uerba. Magister unũ geruntur. Discipulus quot pronomina. Magister unum: ea. Discipulus quot aduerbia. Magister duo penitus & dum. Discipulus quot coniunctiones. Ma. unam: atque Discipulus atque quæ pars orationis est. Magister coniunctio. Discipulus cuius potestatis. Magister copulatiuæ: ordinis communis idest tam præpositiui q̃ postpositiui inuenitur: sed raro postponitur quomodo etiam &: & quia. Discipulus quid intereſt iter q; & ac & atq;. Magister q̃ q; semper postpositiua & enclitica: & significat nõ modo &: sed etiam τε græcam quando repletiua est. ac autem semper postpositiua est: & accipitur etiã pro aduerbio similitudinis quomodo atq;: ut haud secus ac iussi faciũt. &

atq; tã præpositiua q̃ postpositiua copulationẽ solã significat. D. cuius figuræ atq;. M. cõpositæ ex duobus ĩtegris: at & q;. Di. quẽ hẽt accẽtũ. Ma. prępositiua oĩs cõiũctio & præpositio grauat: postpositiua uero generalẽ accẽtũ seruat dictionũ. D. ea quę ps orõnis ẽ. Ma. ꝓnomẽ. Di. quale. Ma. subiũctiuũ uel relatiuũ. Di. primitiuũ ẽ an deriuatiuũ? Ma. primitiuũ. Di. quot ꝓnoĩa ĩdubitabilia. Ma. primitiua qdẽ octo: priæ psonæ unũ: ego: secũdæ: unũ tu: tertiæ sex: ille ipse iste hic is sui. Di. & q̃re pría psona & secunda singulas hẽnt uoces: tertia uero tot & tã diuersas. M. qa pría psona & scda semp sũt præsentes & iusta se loquũt: tertia uero mõ lõge mõ præsens mõ absens mõ demostratiua modo relatiua mõ discretiua. Di. qd ĩterest ĩter hic & iste & is. Ma. qa hic præpositiuũ ẽ & demõstratiuũ & ĩ declinatõe noĩum a grãmaticis ꝓ articulo accipit: iste uero demõstratiuũ ẽ: is subiũctiuũ uel relatiũ: ille põt & ĩ hoc loco aliquo lõge posito eẽ demõstratiuũ & rlatiuũ: tũ idẽ eẽ cũ significãtia aliq̃ ꝓferri: ut sic Iuppiter ille mõebat ípse ãt rlatiuũ & discretiuũ ẽ: ut ipse mõ æneas nŕi si tãta cupido ẽ. discretiuũ ẽ ut ego ipse tu ipse tu ipse: ut quæq; ipse miserrima uidi. Ideo ãt discretiuũ eẽ dicit qa discernit psonã cui adiũgit: ostẽdẽs p se facere & nõ p aliũ: hoc ẽ ipse p me & nõ p aliũ. Di. dic deriuatiua ꝓnoĩa quot. Ma. septẽ: meus tuus suus nŕ uŕ nŕas & uŕas. Di. quot sunt declinatões ꝓnominũ. M. quattuor: illoꝝ una: quæ ĩ i faciũt genitiuũ & datiuũ: ut mei mihi: tui tibi: sui sibi: hẽnt genitiuũ illius huius. Tertia quæ scdm mobilia declinãt noĩa ut meus tuus suus. Quarta q̃ tertiã noĩum declinationẽ seruãt ut nŕas & uŕas. Di. quæ sunt dubia. Ma quæ stoici qdã antiq̃ssimi ĩter articulos cũ præpositiõibus ponebãt. Rõani ĩfinita noĩa uel ĩterrogatĩa uel relatiua uel redditiua ĩter ꝓnoĩa ponebãt. Dionysius uero & Apollonius & Herodianus rõnabiliter ĩter noĩa posuerũt. Sũt ãt substãtię: uel qualitatis uel q̃titatis uel numeri ĩfinita substãtiæ: ut qs qd tã ĩterrogatiuũ ẽ q̃ ĩfinitũ cuius relatiuũ ẽ q: qd p se qdẽ acuit: ĩ relatiõe uero grauat. Inuenit tamẽ ẽt ꝓ qs: atq; tũc circũflectit. Obliq ãt eoꝝ casus q̃do relationẽ significãt grauãt qualitatis qualis qd penultimã circũflectit q̃do ĩterrogatiuũ ẽ: q̃do uero ĩfinitũ ẽ uel relatiuũ acuit ultimã: quæ tamẽ ĩ lectiõe sopit eius relatiui redditiuũ talis. Di. dic q̃titatis. Ma. q̃tus quod similiter tria significationẽ relationẽ ĩfinitionẽ: q̃do uel ĩfinitũ ẽ uel ĩterrogatiuũ acuit: q̃do uero relatiuum in locutione grauatur eius redditiuum tantus. Numeri quot: quod significat interrogationẽ relationem infinitionem: sed quando interrogatiuum est acuitur uel infinitum. quando autem relatiuum ĩ lectione grauatur eius redditiuum tot. Discipulus dic deriuatiuum ab eo quod est quis. Magister cuius cuia cuium: quę sunt possessiua infinita quæ græci non habent. præterea hic & hæc cuiatis & hoc iuiate huius cuiatis: quæ sunt gentilia & infinita. Et est sciendum q; hæc declinationẽ pronominum habent quis uel qui cuius & eam tamen inæqualem cum accusatiuum quem facit & ablatiuum a quo uel a qui & datiuum pluralem quis uel quibus. Di. quæ sunt alia pronomina quæ declinationem pronominum habent. Ma. in us quidem desinentia sex: ut unus nullus ullus solus totus alius. In er uero duo uter & alter. & ex his composita: excipitur neuter neutri. Discipulus dic nominatiuum ab eo quod est id. Magister masculinum eius is: fœmininũ ea. Di. qd hẽt notandũ hoc ꝓnomẽ. Ma. q; nominatiuum pluralẽ masculinum tã in ei facit q̃ in ii: & datiuum & ablatiuum in eis & in is: & q̃uis ii duplicet tamẽ ꝓ una accipit syllaba in metris quomõ dii & diis ꝓ dei & deis. D. fac ab eo quod ẽ is cõpositũ. Ma. idem eiusdẽ. Di. quid ĩterest ĩter masculinũ & neutrũ. Mag. qa masculinũ

pducit̃:neutrũ uero corripit̃. Di. diuersa quæ pars est. Ma. nomẽ appellatiuũ: spẽi de riuatiuæ a uerbo uertor uersus participium unde est factum nomen compositum. Discipulus uersus uersa uersum generis fœminini numeri singularis quando fœmininũ est quãdo uero neutri pluralis. Et nota ꝙ oĩa mobilia in a faciẽtia fœminina noĩa & pronomina & participia similem habent fœmininũ singularẽ & neutꝝ pluralẽ ut primus prima primum & pluraliter prima: pulcher pulchra pulchꝝ pluraliter pulchra: armigera: pluraliter gera: satur ra: & pluraliter satura Ille illa illud & pluraliter illa: iste ista istud: Is ea id: & hic hæc & hoc & singulariter est fœmininum & pluraliter neutrum: necnon es se qs quę qđ: tã in singulari fœmininũ q̃ in plurali neutꝝ: ꝑticipia quoq; amaturus tura turũ: pluraliter amatura: amatus ta tum pluraliter amata. Di. cuius numeri. M. singularis: quia fœmininum est in hoc uersu. figuræ compositæ ex duobus integris. i. di præpositione quæ separatim non iuenitur per se & uersa: sunt aũt inseparabiles præpositiones quæ per se separatæ nunq̃ possunt inueniri. hę di dis re se an & con: quas tamen præpositiones ideo dicimus ꝙ interpRætatio quoq; earum apud græcos præpositiones eas esse ostendit: & præpositiuum locum semper sibi in compositione defendunt: diuersus tamẽ apud latinos frequẽter nõ solum ꝓ uarius: sed etiã ꝓ sepatus accipit̃ & discretus: ex quo deriuatiuũ etiã diuersitas. D. penitus quæ ps est. Ma. aduerbiũ. Di. cuius significatiõis. Ma. hic localis: alias qualitatis: significat eni ꝓrsus uel itima pte ut causas penitus tentare latentis & hic tamẽ similẽ hẽt significationem penitus. i. penitissima parte hoc est in intima Italię. Antiqui enim & penitior & penitissimus solebãt ab eo dicere uelut ulterior ultimus. Disci. cuius speciei. Magi. primitiuæ: ex eo enim fit nomen penitior & penitissimus: nascitur & aduerbium comparatiuum penitus superlatiuũ penitissime. Di. cuius figurę. Ma. simplicis. Discipu. dũ quæ ps ẽ. Magister. aduerbiũ tẽporale quoq; hic est etiã coniunctio causalis quãdo ꝓ επωσ gręca cõiunctiõe accipit̃ ut multa quoque & bello passus dũ conderet urbẽ. Et sciendũ ꝙ dũ aduerbiũ idicatiuo coniũgit̃ coniunctio uerbo subiũctiuo: ẽ tamẽ quãdo ꝓ coniũctione repletiua ut sosia adesdũ paucis te uolo: & nedum illi corruptis moribus uicto riæ temperarente. Ex eo deriuatur dudum postne quoque uel non posita aduerbium est temporale: ut nedum nondum. Di. parte quæ pars est. Ma. nomen. Di. quale. Ma. appellatiuum. Disci. cuius speciei. Ma. primitiuæ & generis fœminini. numeri singularis, figuræ simplicis casus ablatiui. Di. cur partis. facit. Ma. quia omnia in rs ues ls uel ns desinentia interposita ti faciũt genitiuum: ut pars partis puls pultis: mons montis: exceptis a corde compositis. quæ d habent pro t ut uecors uecordis: discors discordis: seruant enim primitiui consonantem genitiui: & differentiæ causa frons frondis & lens lendis: præterea glans glandis: libripens libripendis qđ a uerbo pendo componitur. Discipulus fac ab eo ꝙ est pars diminutiuum. Magister particula uerbum uero partio & partior qđ in eadem inuenitur significatione & ex eo composita similiter dispertio & dispertior. impertio & impertior: & ab eo composita participium & participio uerbum. Similiter ab eo composita expers & particeps & propatio & bipertitus & tripertitus & similia. Discipulus geruntur quæ ps orationis est. Ma uerbum. Di. quale. Ma. perfectum. Di. quomodo dictum. Magister Indicatiuo modo. Discipulus cuius significationis. Magister passiuæ. cõiugationis tertiæ correptæ: numeri pluralis: figuræ simplicis: temporis præsentis: ꝑsone tertiæ. Di. declina. Ma. gero geris gerit. Di. quare præteritũ gessi facit. Ma. qa i ero desinẽtia tertiæ

cõiugatõis i ui faciũt præteritũ pfectũ ut quero quæsiui: tero triui excepto uro ussi gero gessi: curro cucurri: licet ex eo cõposita duplicẽt in præterito pfecto cu uel nõ ut decurro decurri uel decurri: pcurro pcurri uel percurri. quare gessi gestus facit pticipium qũo & ussi ustũ quæsiui quoq; quæstus δωρμενοσ differẽtiæ causa facit: nam quęsitus ἐζητημέ-νοσ. D. fac frequẽtatiuũ. Ma. gesto as at: A pticipiis eni præteriti plęrũq; sũt frequẽtatiua & a gesto is it. i. motu corpis significo gaudiũ. ab eodẽ deriuat gerulus: unde cõponitur nugigerulus & gesticulor ris retur: & ipsa res gesticulatio.

P Anditur interea domus omnipotentis olympi. D. scande uersũ. M. panditur & cætera. Disci. quot habet cæsuras. Magister unam. Disci. quam. Magister. semiqnariã. Di. quomodo. Ma. pãdit' itercea. Di. quot figuraꝝ est. Ma. unius di. quare. Ma. qa qnq; dactylos habet. Di. tracta singulos pedes Ma. Pandit' intere adomus omnipo tentiso lympi. D. quot ptes orõnis habet hic uersus. Ma. quiq; Di. quot noía. Ma. tria: domus omĩpotẽtis olympi. Di. quot uerba. ma. unũ: pãditur di. qd aliud. ma. aduerbiũ interea. di. pãditur quæ pars est. ma. uerbũ. di. cuius modi. ma. indicatiui. di. cuius formæ. ma. pfectæ: cõiugationis tertiæ uel significatõis passiuæ numeri singularis: figuræ simplicis: tẽporis præsẽti: psonæ tertiæ. Di. dic actiuum eius ma. pando dis debã pãdi panderã pandã. Di. cur mutata do i di facit præteritũ pfectũ ma. qa oía uerba tertiæ cõiugatiõis quæ ante do n habẽt mutata do i di faciunt præteritũ: ut scãdo di: ostẽdo di. Excipiunt' quædã abiicientia qdem n fundo fudi: scindo scidi findo fidi: duplicantia uero primam syllabam: pendo pependi: tendo tetendi: tũdo tutudi. Dis. declina passiuum. Ma. pandor pandebar passus sum. Di. cur passus sum facit præteritum perfectum. Ma. quia omnia passiua in dor desinentia tertiæ coniugationis uerba nisi sint a dor uerbo composita participium præteriti in sus faciũt: ut ludor lusus: cædor cæsus: defendor defensus: incendor incensus. Sed notandum q; cum alia oía quæ n habent ante do & in participio ante sus seruant n ut offendo offensus defendo defensus incendo incensus: tendo tensus pendo pensus: tundo tũsus: hac de causa ne fœminum eius simile inueniatur proprio masculino qd est hic pansa: ideo passus passa fecit quis a patior quoque passus facit: & a pareo passus. Virg. in tertio. Passis de littore palmis: & in primo. Crinibus iliades passis Fundo etiam fundi fusus facit nec duplicauit s: quia producta uocalis non egebat geminatione: scidi quoque & fidi: quia corripiunt pe nultimam duplicauerũt in participio s scissus & fissus: Virg. in nono. Et fisso trahit præcordia ligno. Imperatiuus optatiuus subiunctiuus & infinitiuus supradicti uerbi secũdum analogiam declinantur. Di. dic supina. Ma. pandendi pandendo pandẽdum passum passu. Participia actiua pandens passurus: passiua præteriti passus. futuri pandendus: nomen uerbale passor In sor autem desinentia nel in xor uerbalia fœminina facere non possunt litterarum dissonantia prohibente. In tor enim desinẽtia mutant tor i trix: amator amatrix: doctor doctrix: raptor raptrix: fartor fartrix. nomẽ uerbale rei hic passus huius passus quod significat τοβῆμα quod patet in spacio distantiæ pedum. Est tamen & aliud uerbale pandus panda pandum. Donatus panda res contraxior est dixit. Ouidius panda naris nam passio magis ori aptior est. Di. interea quæ pars est. Ma. aduerbium. speciei deriuatiuæ: Inter quidem ab in præpositione uidetur esse natũ: quomodo a sub subter: & extra ab ex: ea uero primitiuũ pronomen ẽ ablatiui casus singularis: uel accusatiui pluralis. Di. cuius figuræ. Magi. compositæ ex integro & corrupto. Si ca

pluraliter accipiamus iter. n. integrũ ē quod plærięq; latinorũ præpositionē accipiũt: grę ci autē aduerbiũ ea uero corruptũ. Accusatiuus. n. pluralis a pducit pp generalē regu lā aduerbiorũ in a terminantiũ: qa oīa pducunt ut iterea & ppterea & præterea: excepto ita tamē possumus dicere qa in cōpositione nō necesse est sepatorũ cōstructionē seruare: & licere etiā in his abltũm singularē recipere: ut in his aduerbiis cōpositis cũ præpositionibus: quō quocirca quapropter sic iterea ppterea: frequēter etiā & simplices acti ui p aduerbiis accipiunt ut una qua qui: quō dextra sinistra. Di. domus quæ ps ē. Ma. nomē appellatiuũ spēi deriuatiuę a præco enī deriuat: grœci enī δομέω δόμω dicũt ędificare. Inde & δομοσ ο οικοσ græce enī masculini est: & latine fœmininũ hæc domus quō ὁ κρατηρ hæc cratera ὁ ἀεκαπους hęc decēpeda ο πανθηρ hæc panthera ο χαρτησ hæc charta ο γαυσαπη hæc gausapa. Di. dic deriuatiuũ a domo. M. domiciliũ domesticũ domo as at: hoc est sub dominio & potestate mea facio: unde maris domitor p domiator. Inde & dominus. hinc domitus & domitianus. Di. dic aduerbia. M. ex hoc in loco domi: ad locũ domũ de loco domo quæ græci dicũt οἰκοι: οικαδε οικοθεν diminutiuum eius do mũcula. Di. oīpotens quæ pars orationis est. Ma. nomē. Di. quale. Ma. appellatiuum Di. cuius spēi. Ma. adiectiuæ: figuræ cōpositæ. Di. ex qbus. M. ex tribus corruptis: oī & potis & ens q oium potens ē: antiqui enī dicebant ens pticipiũ: ab eo quod ē sum es ē Ideo a possum uerbũ potens nascitur tā participiũ q nomē: sed quādo participiũ est: tē pus significat & accusatiuo noīum uel īfinito uerborũ cōiungit: nec cōparationē accipit ut potens pugnare: uel potēs benefacere: quādo autē nomē est caret tēpore: & genitiuo cōiungit cōparationē habet: potens maris: & potens illius: potentior & amantior. Sic ergo oīa pticipia similia possumus discernere tēpore cōstructione & casu & cōparatiōe: si enī uerbi casum nō sequatur in uim trāseunt nominum: similiter si tēpus amittant & si cōparationē assumunt: ut fugitans litium: doctus grāmaticæ: doctior doctissimus. Di. cur in tus finit genitiuũ. Ma. qa oīa noīa in ls rs ns desinentia īterpositione ti faciũt genitiuum: ut puls pultis mons mōtis ars artis: exceptis differentiæ causa frons frondis & lens lendis: præterea glans glandis: cuius qdem etiā similē genitiuo quidē ptulerunt genitiuum: libripens quoq; libripendis seruata cōsonante uerbipēdo. Præterea a corde composita seruantia c notanda sunt: cōcors concordis: discors discordis: uecors uecordis. Cōparatiuum potēs potentior potentissimus. Dicitur aũt oīpotēs: ideo nō pōt habere cōparatiuum: qa est sup oīa & nemini pōt cōparari. D. fac ab eo q ē potens ipsā rē. Ma. potentia potestas. D. quid interest inter potentiā & potestatem. Ma. hoc iterest q potentia pro ui magis accipit. potestas autē p dictione: qdā autem etiam potētatum dixerunt. Di. declina uerbũ. Ma. possum potes pōt poterā potui eram potero. Impera tiuo modo potes possit possimus: poteste possint: potesto tu sto ille: possimus stote sũ to. Optatiuo modo utinā possem sē sim. Subiunctiuo cũ possim sem erim tuissem tue ro. Infinitiuo modo posse: antiqui potesse. Teren. in eunu. Sed nihil tamē potesse: præ terito potuisse. In futuro deficit. Deriuatiua ex hoc possibilis compos præpotens & im potens. Di. olympi quæ pars est. Ma. nomen. Disci. quale. Magi. proprium: significat autem montem & cælum: olympus dictum a græco λόολαμπον q undiq; luceat. Disci. cuius speciei. Magi. deriuatiuæ uel compositæ: a græco deriuat ὁ λομκαι. Discipu. fac ab eo deriuatiuum. Magister olympicus ca cum. proprium: & olympius olympia pium: & olympiũ certamē: uel olympia quæ in honorē Iouis celebrant certamia piscis. Inde

componit̃ olympiodorus & olympionices olympias cuius ſecundum analogiã olympiades debet eſſe maſculinum.

Cceanum interea ſurgens aurora reliquit. Di. ſcande uerſũ. Ma. occea nintere: o & cætera. Di. quot habet cæſuras. Ma. habet duas. ſemiqnariã & ſemiſeptenariam. Occeanũ iterea: ecce ſemiqnaria: ſurgens: ecce ſemiſeptenaria. Di. quot figurarũ ẽ. Ma. decẽ. habet enĩ tres dactylos & duos ſpõdeos. D. tracta p ſigulos pedes Ma. Occea nintere aſur gensau rorare liquit. Di. quot ptes orõnis hẽt iſte uerſus: Ma. duo. aurora occeanũ interea ſurgens aurora reliquit. D. quot nomĩa. Ma. duo: aurora occeanũ: uerbũ unũ reliquit: pticipiũ unũ ſurgẽs: aduerbiũ unũ interea. Di. occeanum quæ ps ẽ. M. nomẽ. Di. quale. Ma. ꝓpriũ: ſpẽi deriuatiuæ απο Του ωκεωσ μειν hoc ẽ celeri motu dictus eſt græce occeãus. Di. fac ab eo deriuatiuũ. Ma. occeanitides poſſeſſiuũ occeanius nia niũ: ut ſaturnius nia niũ. Di. dic patronymicum. Ma. ωκεαμιδησ ωκεμοσ occeanides: fœmininũ occeanis uelut priamus priamides & priamis: & q̃uis ſit ꝓpriũ occeanus etiã ꝓ appellatiuo ponitur: quãdo ptes eius ſignificat: ut ſi dicã atlãticus oceanus & idicus occeanus & erythreus & boricus ſiue æthiopicus: qũo mare cũ totũ ſignificat ꝓpriũ ẽ: cũ ptẽ appellatiuũ. Di. iterea quæ ps ẽ. Ma. aduerbium ſignificatiõis hic temporalis: alias autẽ etiã localis: ut iterea ad tẽplũ nõ æque palladis ibãt. Crinibus iliades paſſis: peplũq; ferebãt. Di. cuius figuræ. Ma. cõpoſitæ ex duobus itegris: hoc ẽ ex itus & ea quæ eſt abltũs pfectus. Solẽt aũt cõponi ablatiui cũ præpoſitiõibus quæ ẽt acctõ ſepatim ſolẽt adiungi: qua ꝓpter quocirca ꝓpterea ſic etiam interea. Inter primitiuũ eſt: aut deriuatiuũ ab in: quõ ab ex extra & a ſub ſubter: & a de antiqui deter. ũde deterior deterrimus: quæ tamẽ alii a uerbo detero facta eẽ putauerũt: quõ aũt ab exter extra: & a ſuper ſupra: ſic ab iter itra: hinc itro & itus: & itra qdẽ ſpaciũ tẽporis uel loci ſignificat. itro uero ad locũ: itus in loco. Cõpatiuus iterior: ſuplatiuus itimus: uerbũ intro itras itrat. Di. ſurgens quæ pars ẽ. Ma. pticipiũ præſẽtis tẽporis: & i duas cõſonantes deſinit hoc ẽ n & s & cõe triũ generum. Di. cuius caſus. Ma. noĩatiui & uocatiui: hic autẽ noĩatiui: tẽporis præſẽtis: ſignificationis neutri: formæ pfectæ: numeri ſingularis: figuræ cõpoſitæ ex duobus corruptis: tã ſurſũ enĩ q̃ rego corrupta ſunt: Et notãdum ꝙ cum in præſenti ex duobus corruptis ſit in præterito ex itegro & corrupto iuenit̃ ut ſurrexit: & multa iueniunt̃ huiuſcemõi nõ ſolũ uerba ſed noĩa: ut alteruter alterutrũ: i nominatiuo ex duobus itegris ẽ in gtõ ex corrupto & itegro: cogo gis git. præſenti ex duobus corruptis ẽ: in præterito pfecto ex itegro & corrupto: pgo prexi: in præſenti ex integro & corrupto: in præterito aũt ex duobus itegris. Di. declina uerbũ eius. Ma. Indicatiuo ſurgo bam rexi xerã gam. Impatiuo mõ. t. p. ſurge gat ſurgamus gite gant: futuro ſurgito tu gito ille ſurgamus gitote gunto. & reliquis. Infinitiuo imperſonali ſurgi: ctũ eſſe uel fuiſſe: rectum iri. Supina ſurgendi. Participia præſentis tẽporis ſurgens. futuri cturus: etiã nomẽ eſt ſurrectus quomodo rectus cum caret tẽpore. Sciẽdũ tamẽ ꝙ ſimplex eius uerbi actiuũ eſt: rego facit enim regor: cõpoſita aũt ab eo quædã i neutralium trãſeunt ſignificationẽ: quædã pmanent in ſimplicis ut pgo ſurgo neutralia ſũt: dirigo autem & porrigo ſiue porgo & arrigo actiua ſunt. Di. dic ab eo ꝙ ſurgo nomẽ uerbale. Ma. ſurrector & trix: ipſa res ſurrectio & ſurrectus. Notandũ ꝙ in go deſinentia r antecedente: ſi nõ ſunt a rego compoſita in ſi faciunt præterita: ut mergo ſi tergo ſi. Alia uero omnia in xi per x: ut ango xi: pungo xi: tigo tinxi: exceptis frãgo fregi: lego legi: ipin

go gi: tago gi: pungo gi & punxi. Itē a lego cōposita mutātia primitiui significationem mutāt præteritū: ut itelligo xi negligo xi. Di. aurora quę ps ē? Ma. nomē. D. quale. m. ꝓpriū: pōt tamē quādo pro die accipiť loco appellatiui accipi: quādo eni deā significat ꝓpriū ē. D. cuius spēi ē. M. deriuatiuæ: ab aura eni aurora: ꝓprie eni ipse ascensus solis. i. pria ps diei aurora diciť in qua solet pulsu solis aer motus aurā facere. Alii autē a splendore solis dictā putāt: ponunt autē aurā ꝑ splendore: teste poeta i. vi. Per ramos aura refulsit. i. splēdor: ide etiā aurum diciť: & aurarius qui fauoribus splēdidos hoc ē claros faciāt: & aurigæ q splēdorē sibi agāt auris. i. fauoribus populi hoc ē clamoribus D. cuius generis. M. fœminini nūeri singularis: casus noīatiui & uocatiui. hic autē noīa tiui ablτm aūt ꝓductū in a termināt declinatōis priæ. D. quare. M. qa oīa noīa masculia uel fœminia uel cōia tā gręca q̄ latina in a desinētia prię sunt declinatōis: exceptis illis quæ nasscunť a masculinis in ius termināntibus gtūm: quæ sunt hæc: una ulla nulla sola tota alia utra altera: & quæ ex his cōponunť. Similiter a qua cōposita siqua nequa aliqua: ea. n. gtōs & datiuos masculinoꝝ seruant suoꝝ: unde qdā ad significatōes addētes ꝓnoīa esse putarūt. Di. reliqt quæ ps ē. M. aduerbiū. Di. cuius mōi. Ma. indicatiui formæ ꝑfectæ: cōiugatiōis tertiæ: nūeri singularis: figuræ cōpositæ ex duobus itegris re & liquit: sepati tamē re dici nō pōt: quod tamē qdā uolunt a retro uel rursus esse: quod si fit ex corrupto & itegro iueniť ea ps liqt. n. ꝑfectū ē. di. cuius tpis. ma. præteriti. Di. quare linquo liq facit præteritū. ma. qa quæ n habent ante quo: uel co abiecta n faciunt præteritū. ut linquo liq: uinco uici. Similiter ab eo cōposita deuinco deuici: cōuinco cōuici: relinquo reliq: derelinquo dereliq: & ꝓducūt i penultimā i ptō naturaliter. Di. declina uerbū. ma. relinquo & cætera. di. declina & passiuū. ma. reliquor: nomen uerbale relictor & relictrix: ipsa res relictio: pōt tamē & relictus dici sed quartæ declinatōis: hic deriuať reliquus reliqua um & reliqe: quæ poetæ iterposita l relliqæ metri cā ꝓferunt. Est etiā a deliquo delictū ꝑ peccato qa delinquit officium suū qui peccat.

Vrnus ut ifractos aduerso marte latinos. di. quot hēt cęsuras iste uersus? ma: unā semiqnariā. di. quot figuraꝝ ē. ma. decē: qa hēt duos dactylos & tres spōdeos. di. tracta per singulos pedes. m. Turnus ut: ifra: ctosad: uerso: martela: tinos. di. quot partes oronis. ma. sex. di. quot noīa. m. quattuor: turnus aduerso marte latios: unū pticipiū ifractos: unū aduerbiū ut. di. turnus quæ ps ē. m. nomē. di. quale. m. ꝓpriū. di. cuius spēi. m. uniuocæ. significat. n. nomē ꝓpriū regis rutuloꝝ appellatiuū piscis palustris. Inde deriuať turnius quō saturnius a saturno secundū regulā patronymicū debet fieri turnides: quō priamus priamides. di. quare scdæ declinatōnis est turnus turni. ma. quia in us correptā desinentia propria secundæ sunt declinatiōis: excepto uenus ueneris: præterea ligus liguris qđ ꝓpriū ē: pōt & gētile eē: & si sit ꝓprium est masculinū solū hic ligus liguris. Si gētile ē inueniť cōe: ut hic & hæc ligus liguris. di. q̄re turnus turne facit uocatiuū. ma. qa oīa in us desinētia scdæ sunt declinatōis: & in e faciunt uocatiuū: exceptis ꝓpriis q̄ i hēnt ante us q̄ p apocopā ꝓferūt uocatiuū: ut uirgilius uirgili ꝑ uirgilie: & mercuri ꝑ mercurie. Ideoq; accētus māet penultimus: q̄uis breuis sit penultia syllaba: ex qbus. n. aliqua supabiť syllaba si itegra illa remaneat in qua ē accētus integrū etiā seruat accentū: ut hic & hæc arpinatis ꝑfectum circūflexum habuit penultima syllaba quæ mansit in concisione: dicimus enim hic & hæc arpinas. Similiter si dicamus munīit pro muniuit: circunflectitur circūflectauit: qa integra dictio est

ſupra ſe habuit circũflexum: ſic etiam tuguri pro tugurii acutum debet habere & terẽti pro terentie: ſaluſti pro ſaluſtie. Euphoniæ tamen cã uel metri eſt: quãdo noĩatiuis utũtur ꝓ uocatiuis: ut deus ꝓ dee: fluuius ꝓ fluuie: ut Virg. Heſperidũ fluuius regnator aquaꝝ. & populus & popule. Luca. Degener o populus: unum autẽ inuenit̃ appellatiuum ſolum quod in i & e ꝓfert̃: ut filius o filie: & o fili. Di. ut quæ pars eſt? Ma. aduerbium. Di. quid eſt aduerbium. M. pars orõnis & cætera. Di. quot accidunt aduerbio? Ma. tria: ſignificatio: cõparatio & figura. Di. cuius ſignificationis eſt. M. hic tẽporalis. accipitur enim ꝓ poſtq̃. quãdo autẽ ſignificat ίνα græcã cõiunctionẽ loco cõiunctionis accipit̃ cauſalis: ẽ tamẽ etiã ſimilitudinis aduerbiũ: ſolet autẽ ei adiici i tã coniunctionẽ ſignificanti q̃ aduerbiũ: addit̃ etiam ei nam: & ĩuenit̃ optandi aduerbiũ utinam. Igitur & ut uti ſignificant aduerbiũ quod quãdo tẽpus ſignificat uel ſimilitudinẽ uel quãtitatem ſiue interrogationẽ. i. quãdo: quomõ ſignificat: quãdo uero ίνα uel ὅπως græcã coniunctionem ſignificat: cõiunctionis loco accipitur. Cõpoſitum nãq; ab uti utinã aduerbium eſt obtandi ut diximus. Præterea ꝓ uidelicet utiq; affirmãdi eſt aduerbium. Di. quẽ habet accentum. M. ut uti & utinã præpoſitæ grauãtur p oẽs ſyllabas: ſubiunctiuæ autẽ generalem accentũ ſeruant. Sciendũ tamẽ eſt ꝙ ut quoq; inuenit̃ etiã pro optãdi aduerbio: ut Terẽ. in phormio. Vt illum dii deæq; oẽs perdãt cum uel quoq; cõpoſitum tam ut q̃ uti: ſimilitudinis aduerbiũ faciunt: uelut ueluti: ut Vir. Ac ueluti magno in populo cum ſæpe exorta ẽ. D. ĩfractos quę pars eſt. Ma. ꝑticipiũ ſignificationis paſſiue: formæ perfectæ: numeri pluralis: figuræ compoſitæ: ex duobus ĩtegris. Et nota ꝙ ĩueniuntur participia ex uerbis: quæ nõ ex duobus ĩtegris cõponunt̃: ĩtegra in utraq; parte ĩuenta: ut ĩfringor ex ĩtegro & corrupto: tamẽ ĩfractus ex duobus integris fit. Ideoq; poſſumus nõ a uerbis deriuata accipe: ſed magis a ſe cõpoſita: ſimiliter ĩpingo ĩpactus cõtingo cõtactus: ſimiliter ꝑficio perfeci: deficio defeci: conficio cõfeci: nec mirum ĩ uerbis & in participiis hæc ĩueniri: cũ etiã in oĩbus nõĩbus poſſint huiuſcemodi cõpoſitiões eſſe: ut idẽ tam maſculinũ q̃ neutrũ ex duobus ẽ corruptis: eiuſdẽ uero ex ĩtegro & corrupto: ecõtrario alteruter ex duobus ĩtegris: alterutrius uero ex ĩtegro & corrupto. Di. declina uerbum. Ma. ĩfringo gebam. & cætera. Gerundia uel ꝑticipialia noĩa ĩfringẽdi do dum: ĩfractum ĩfractu. Participia ueniunt ab actiuo præſens ĩfringens: futuꝝ infracturus. D. declina paſſiuũ. M. ĩfringor & cætera: nomẽ uerbale ĩfractor: fœmininũ infractrix: ipſa res ĩfractio: nomẽ rei ĩfractus ĩfractura. Oſtendimus. n. ſæpe per ꝑticipia actiua futuri tẽporis fœminina. n. etiam ꝓ ipſa re accipiunt̃: ut pictura uſura natura iũctura: ſic etiã fractura. Rariſſime in or reꝝ noĩa ĩueniunt̃ ex q̃bus magis uerba naſcũt̃ nõ ex uerbis noĩa: ut labor laboro: a color coloro: ab amor amo: ab honor honoro. Di. dic alia cõpoſita. M. cõfringo ꝑfringo defringo: ſuffringo. Di. cur frango fregi facit præteritum. M. q̃a tertiæ cõiugationis uerba in go deſinentia r antecedente ſi ſint ſimplicia faciunt præteritum in ſi: ut mergo merſi: ſpargo ſparſi: alia uero in xi: ut pingo pinxi: tigo tinxi: rego rexi: unde & ab eo cõpoſita: pergo prexi: ſurgo ſurrexi: exceptis lego legi & ex eo cõpoſitis: quãdo eandẽ ſignificationem ſeruant: ut relego relegi: ꝑlego perlegi: mutata autẽ ſignificatione in xi: ut diligo dilexi: ĩtelligo ĩtellexi: negligo neglexi. Excipiunt̃ ſimiliter frãgo fregi pago pegi: uel pepigi: ex quo ĩpingo excipit̃: tango etiã tetigi & ex his cõpoſita. di. cur etiã ĩfractus. Ma. q̃a oĩa in gi uel in xi præteritũ facientia: ꝑ ctus faciunt ꝑticipia: ut legi lectus: dilexi dilectus: tetigi tactus: ſanxi ſãctus. Excipiũt̃

duo ut flexi flexus & fluxui fluxus. Di. aduerso q̃ pars orationis est? Ma. nomen hic: qa caret tpe: unde licet eius comparatiuum facere aduersior: & superlatiuũ aduersissimus Di. quale est nomen? Ma. appellatiuũ. Di. cuius spẽi. Ma. adiectiuæ q̃litatis & mobile & deriuatiuũ a pticipio uel pticipiale. D. fac ab eo deriuatiuũ aliud. Ma. aduersarius ad uersaria aduersariuũ. Di. declia uerbũ? ma. aduerto tis tit. discipulus dic eius frequẽta-tiuũ. ma. aduersor aduersaris: qđ ab actiuo factum ẽ deponens: q̃uis aduerto & diuer-to aliã significationem hẽnt. Scis aũt q̃ oia frequẽtatiua primæ sũt cõiugatiõis & plerũ-q̃ a pticipio præteriti solẽt fieri: uersus uersor: aduersus aduersor. Exceptis ĩ go uel ĩ sco desinẽtibus: illa. n. a pręsenti faciũt frequẽtatiua: ut ago agito: & lego legito: & scisco sci scito: & nosco noscito: uiso. n. uisis & lacesso lacessis: & accerso accersis non sũt primæ: sed potius tertiæ cõiugationis. frequẽtatiua primæ sunt cõiugatiõis: & ĩchoatiua tertiæ meditatiua quartæ. Di. dic aliud cõpositũ ab eo qđ ẽ uerto. Ma. aduerto cõuerto euerto & subuerto aĩaduerto præuerto: & pene cũ oĩbus præpositionibus ĩdubitabilibus ĩue-niunt: circũuerto anteuerto. Et notãdũ q̃ aduerbia quoq̃ ĩueniũt nõ solũ ex obliq̃s ca sibus noĩum masculinoꝝ uel fœĩoꝝ sed ẽt ipsi noĩatiuo similia: ut aduersus qđ qdẽ qa accusatiuo cõiungit magis præpositionẽ existimauerũt. Versus quoq̃ suppositis locali bus noĩbus aduerbiũ eẽ ĩuenit: ut italiã uersus galliã uersus. Salustius tamẽ ei præpo-sitionẽ antepósuit ĩ Catilina. In galliã uersus: in hispaniã uersus. Ex aduersum quoque cõpositũ: ut Terẽ. ĩ phor. Ex aduersum tõstrina erat quædã. A diuerto fit deriuatiuũ di uerticulũ diuersoriũ quoq̃ dicit locus ĩ quo diuertimus: uersus quoq̃ lraꝝ ordinatio: uel q̃ uertimus stilũ a fine ad initiũ: uel ab initio ad finẽ. uel q̃ antiq a dextra parte in si-nistrã uel a sinistra ad dextrã scribebant. Vertigo quoq̃ & uertex a uerto uerbo fiunt: & uertũnus deus: & uerticordia cõpositũ dea. Di. marte quæ ps orõnis ẽ. Ma. nomẽ ꝓpri um spẽi primitiuæ. D. fac ab eo cõpositũ. Ma. martius a um: solemus ẽt & martiaticus ca cũ dicere. unde stipẽdia militũ martiatica dicunt. ĩde deriuat ẽt mauors: ex quo ma uortius dicit: tamẽ marspiter quasi mars pr: quõ despiter. i. pr Iuppiter: hic & hæc mar tialis & hoc le: põt tamẽ eẽ & ꝓpriũ martialis. Di. qđ ĩterest ĩter ꝓpriũ martialis & ap-pellatiuũ. Ma. q̃ si ꝓpriũ sit masculinũ ẽ: & ablatiuũ ĩ e terminat. Si autẽ ablatiuũ sit cõe ẽ & ablatiuus ĩ i terminat: quomodo Iuuenalis fœlix. D. cur mars martis facit. Ma. qa oĩa ĩ ls rs ns desinẽtia ĩterposita ti faciũt genitiuũ: ut puls pultis ars artis mõs mõtis excipit differẽtiæ cã frõs qđ q̃do foliũ significat frõdis facit. frõs. n. capitis frõtis. & lẽs q̃ do pullos pediculoꝝ significat lẽdis: q̃do ãt significat legumẽ lẽtis. Præterea glãs glan-dis: cuius qdã noĩatiuũ & genitiuũ similes eẽ uoluerũt. Libripẽs uero qa a pẽdo uerbo cõponit: cõsonãtẽ uerbi seruauit: libripẽs libripẽdis. Præterea a corde cõposita hẽt geni tiuũ secũdũ simplicis genitiuũ cõcors cõcordis: discors discordis. Di. latinus quæ pars ẽ? Ma. nomẽ deriuatiuũ: generis masculini: numeri singularis: figuræ simplicis: spẽi de riuatiuæ. Põt tamẽ & ꝓpriũ eẽ regis soceri Aeneæ. & gẽtile a latio latinus & possessiuũ latinus ager. Latiũ ãt uel a tẽdo uel a latitudine ẽ noĩatũ: a latio latinitas. a latõ deriuat ẽt latio: & latiaris. Di. fac cõpositũ? M. latiugẽa. q̃uo troiugẽa graiugẽa: sed ĩ eis gẽiatõ i mutauit sequẽtẽ i ĩ u alternitatis cã: ꝓ troiigena graiigena troiugena & graiugẽa faciẽs.

¶ Explicitum est de. xii. carminibus.
Sequitur de accentibus.

ITTERA EST NOTA ELEMENTI: QVEA CVM SCRIbit᷑ & ĩ uoce minima reſonat nihil aliud q̄ nota ad formā dum elemētũ eſſe cōperit᷑: ſed cum ĩ uocē ex ſono ꝓrũpit᷑: elemēti uocabulũ cōcipit. Quod cũ rō ita ſeſe habeat: quaſi imago huiuſ rei eſſe uidet᷑. qppe cum ex aere ꝑcuſſo ictu lĩguæ unde uox format᷑ ꝑficit᷑. Vox nāq; corpus eſſe oſtendit᷑. Nā ſi corpus nō eēt auditus aurium minime ui ꝑcuteret᷑. Sed dum tāgit auditum & reuerberat elemētum triptite diuiditur. ſ. altitudine: latitudine: lōgitudine. Habet q̄dē lr̄a altitudinē ĩ ꝓnunciatiōe: latitudinē ĩ ſpũ: lōgitudinē ĩ tp̄e: hoc ē aut alte aut late aut lōge audit᷑. hn̄t etiā ſyllabę ſuum elemētũ q̄d ꝓductio dicit᷑ ſed ĩter lr̄aꝝ elemētũ & ſyllabaꝝ hoc diſtat: ꝙ lr̄aꝝ elemēta ſunt ipſę ꝓnũciationes: ſyllabaꝝ uero elemēta ipſę ꝓductiones. Quid ē eni aliud elemētũ q̄ ꝑs minima ꝑtium uocis articulatę: illo uero q̄d remanet nota & figura elementi ē. Diſtat autē illud ĩter lr̄as & elemēta: ꝙ elementa ꝓprie ipſæ ꝓnunciatiōes dicunt᷑: notæ autē eaꝝ lr̄æ. Sed abuſiue & elemēta ꝓ lr̄is: & litterę ꝓ elemētis ponunt᷑: nā aliud eſt littera quæ uidet᷑. aliud q̄d ꝑ eā colligit᷑. Vident᷑ aũt litteræ eē lōgæ aut rotũdæ aut quadratæ. colligit᷑ nāq; ꝑ eas res geſta alicuius dũ colligit᷑ de ſyllabis ĩ ꝑtibus & de ꝑtibus ĩ orōnibus. Sed nos locuturi de ꝑtibus ad accentũ qui in dictionibus eſt neceſſarius tranſeamus: cuius rei myſterium præbente deo uitam latius tractemus.

ACcentus nanq; eſt certa lex & regula ad eleuandā & deprimendā ſyllabā uniuſcuiuſq; particulæ oratiōis qui fit ad ſimilitudinē elementoꝝ litteraꝝ atq; ſyllabaꝝ: qui etiā tripartito diuidit᷑ acuto: graui: circũflexo. Accentus nanq; acuto ideo ĩuentus ē ꝙ acuat ſiue eleuet ſyllabā. Grauis ideo ꝙ deprimat aut deponat. Circũflexus: eo ꝙ deprimat atq; acuat. Sũt autē accentus decē: quos ita huic op̄i dignũ exiſtimaui prænotare. acutus accētus: grauis: circũflexus: lōga linea: breuis uirgula. iphē: diaſtole: apoſtrophos: daſea: pſyle. Quid ē acutus accētus? nota ꝑ obliquũ aſcendēs a ſiniſtra in dextram partem: ita ´. Quid eſt grauis? nota ꝑ obliquũ a ſummo ĩ dextrā ꝑtē deſcendēs: ita. ` Quid ē circũflexus? nota de acuto & graui facta. Quid ē lōga linea? nota a ſiniſtra in dextram partem æqualiter ducta: ita. Quid eſt breuis linea? nota iacens ſimiliter: ſed panda ſicut pars inferior circuli: ita ◡. Quid ē iphē? uirgula ſubiecta uerſui circũflexa ita. ◡ qua duo uerba cũ res exigit copulamus: Vt antetulit greſſum: & turnus ut anteuolās tardũ præceſſerat agmē. Hæc ē cōtraria diaſtole dexſtra q̄dē ꝑs circuli ad imas litteras depoſita quæ fit ita. ɔ. & hac nota mala cohærētia diſcernũtur: ut ē Tũ danai gemitu atq; ereptæ uirginis ira: & Procubuit uiridiq; ē littore cōſpicit urſus. Apoſtrōphos ē circuli altera ꝑs dextra: ſed ad ſummā litterā appoſita: quæ fit ita ɔ. hac nota oſtendimus parti orationis deeſſe ultimā uocalem: cuius conſonāſ remanet: ut eſt Omnipotens genitor tanto me crimine dignum duxiſti. Daſcan uel pſylen apud latinos h uocali addita uel detracta ſignificat. Quid eſt daſea flatilis quæ hac notatur figura. ◡. Quid eſt pſyle? ſiccitas quæ notatur ſic. ◡.

Otandum etiam ꝙ acutus accentus apud latinos duo loca hēt: penultimum & ante penultimum. Apud græcos autē penultimum antepenultimum & ultimum. Circumflexus autē penultimum tantum. Ponitur nanq; grauis uel cũ acuto uel circumflexo in eadem dictione: ſed non tamen in eadem ſyllaba. Obſeruatur nanq; unus accentus ĩ integris dictionibus: ut romanus: hiſpanus. In compoſitis uero

unus similiter: ut malesanus: interea loci: sed ĩ peregrinis uerbis & barbaris nominibus
uel ĩteriectiõibus nulli sunt certi accentus. Ideoq; ĩ potestate uniuscuiusq; cõsistunt: ut
quod necessariũ uideat sic ĩ metro ponat. Tres siquidẽ res accentuũ regulas cõturbãt: di
stinguẽdi rõ: ꝓnunciãdi ambiguitas atq; necessitas: sed qualiter hæc fiãt imitãdũ ẽ. Rõ
nãq; distiguẽdi legẽ accẽtuũ sæpe cõturbat dũ siqs ꝓnunciãs dicat: pone ergo uel qa ꝙ
apud latios ĩ ultĩa syllaba nisi discretiõis cã põi nõ põt accẽtus. & hoc ẽ qd diximus: põe
ergo: põe ideo dixius ne cõputet̃ eẽ uerbũ ĩpatiui mõi põe. ergo dixius ne putet̃ eẽ cõiũ
ctio rõnalis quæ ẽ ergo. Ambiguitas uero ꝓnũciãdi sæpe legẽ accẽtuũ pturbat: ut siqs
dicat iterea loci: q nescit utꝶ dicat alterã ptẽ iterea & alterã loci: qd nõ sepatim sed sub
uno accẽtu ꝓnũciãdũ ẽ: ne ambiguitatẽ ĩ sermone faciat. Necessitas ꝓnũciatiõis regu-
lã corrũpit: utpote siquis ĩprimis dicat doctus: & addat q; cõiunctionẽ: & dicat doctus
q;: ecce ĩ ꝓnũciatione accentũ mutauit: cũ nõ ĩ secunda syllaba: sed ĩ prima accẽtũ habe
re debuit. Sũt qdẽ tres syllabæ ĩ qbus accẽtus corrũpit̃ q; ne ue ut itaq; q̃do aduerbiũ ẽ
nã itaq; q̃do cõiunctio ẽ drãsq; uenerũt nec uiri ad uos carbonibusue lõbos assarũt. Syl
labæ quæ correptã uocalẽ hñt acuto accẽtu ꝓferunt̃: ut fax pax nix nux dux: quę etiã
tali accẽtu ꝓnũciãdæ sunt q̃do sunt lõgæ positiõe: quia naturaliter breues sunt. Quæ
uero naturaliter ẽ lõga circũflexo accẽtu exprimẽda ẽ: ut ros dos spes res. Bisyllabæ ue-
ro si priorẽ ꝓductã hñt & posteriorẽ correptã priorẽ syllabã circũflectũt: ut meta cre
ta roma. Illæ uero quæ sunt ambæ lõgæ: uel prior breuis & ulterior lõga: acuto accentu
ꝓnũciãdæ sunt: ut nepos leges reges. hæ uero quæ ambæ sunt breues: similiter acuto ac
cetu ꝓnũciãdæ sunt: ut bonus malus. Sed notãdũ ꝙ si prior positiõe lõga sit: nec circũ-
flexo sed acuto accẽtu ꝓnũcianda ẽ: ut arma arcus: qa q̃uis sit lõga positiõe: tamẽ expri
mẽda ẽ tali accẽtu ꝙ nõ ẽ naturalis. οιον οχλοσ. Trisyllabæ uero. οιον αιχιον: & dein-
ceps si penultimam correptã habuerit: ãtepẽultimã acuto accẽtu ꝓfert̃: ut tullius hosti
lius. Nã si plura positiõe lõga fuerit acuetur. Antepenultĩa uero grauabitur: ut catillus
metellus. Si uero ex muta & liquida lõga ĩ uersu cõstat ĩ orõne mutat accẽtũ ut latebræ
tenebræ. Syllaba uero ultĩa si breuis fuerit: & pẽultimã naturaliter lõgã habuerit: ipsã
penultimã circũflectet: ut cethegus perosus. Vltima uero si naturaliter lõga fuerit acuet̃
ut athenæ mycenæ. Ad hanc autẽ rem arsis & thesis necessarii sunt. Nam in unaquaq;
parte orationis arsis & thesis sunt nõ in ordine syllabaꝝ: sed in pronũciatiõe uelut ĩ hac
parte natura: ut quando dico natu eleuat uox. & est arsis in tu: quando uero in ra: de-
primitur uox. & ẽ thesis de tu: quantũ suspenditur per arsim tamẽ deprimit̃ per thesim
Sed ipsa uox que per dictiones formatur donec accẽtus perficiatur per thesim. Sed ipsa
uox quæ p dictiones formatur donec accẽtus perficiat̃ in arsim deputat. quę ãt post ac-
centum sequitur in thesim. his autem prelibatis: nũc da conseqẽntia huius libri uideãus
Latina qdẽ propria nõia nõiatiuũ singularẽ in a terminantia ĩ penultima syllaba accen
tum seruant: q̃q̃ nõnulla uocalem ante uocalẽ habere uideantur: quorũ alia differẽtię cã
alia sol o usu ꝓducẽda sunt: ut catilia uraina stephania. Appellatĩa uero eundẽ accẽtũ
seruãt. d. teriantia: ut poeta regina hẽna fortũa carĩa. Cõposita uero eãdẽ ꝓnũciationẽ
sibi defendũt: quã hñt ĩ simplicitate: ut cõcaua trãsfuga. fu. n. in simplicitate breuis est
& ideo trãsfuga & nõ trãsfuga dicius homicida quoq; & pricida: iõ lõgã i ĩ penultĩo loco
habent qa e lõgã i i ꝓductã cõuertũt. Cõpoita uero a cano pẽultimã corripiũt. excipit̃
tibicẽ qd euphoniæ cã ꝓ duabus ii breuibus unã seruat lõgã. Notant̃ aũt plæraq; quæ

i longã uocalẽ hẽnt ante uocalẽ: ut philosophia papia: queẽadmodũ unum uerbũ fio qđ
solũ i ꝓductã ante o uocalẽ hẽt. Ideo aũt dixius plæraq;: qa oĩa uocalẽ i ante uocalẽ ha
bẽtia i antepenultimã mutãt accẽtũ ut ueneria marcelia placẽtia ausonia iunonia: & il
la quæ i tia finiunť: ut iustitia: sapientia: mœstitia. hãc autẽ regulã sequũť oĩa quę sic fi
niunť præter illa quæ supra dixius. quoꝝ alia differẽtiæ cã: alia solo usu ꝓnũcianť. Ex
cipiunť istius ipsius illius genitiui quorũdã ꝓnoĩum: quoꝝ penultię ĩdifferẽter ponũť
Illa autẽ quę a uerbis colo & gigno cõponunť breuẽ penultimã habẽt ut agricola cœli
cola siluicola. rurigena terrigena. Reliqua uero oĩa ĩ a desinẽtia pticipio futuri tpis simi
lia penultimã ꝓducũt: ut hæc scriptura litteratura quę oĩa q̃do sunt noĩa carẽt tpe. Ea
uero quæ u uel q̃libet uocalẽ habẽt ante a corripiũt oĩa ut mãtua capua danaa. Corsica
uero & similia breuianť: & oĩa quæ sunt possessiua & quæ sunt eis similia si i habẽt ĩ pe
nultima sequẽte c cõsonãte: ut cretica isaurica alemãica. Excipiť uesica qđ ꝓduciť. Quę
enĩ hẽnt. n. ꝓducunť ut romana cãpana hispana cumana: & hæc oĩa secũdũ diuersas re
gulas p obliquos casus ꝓducta siue correpta ꝓnũciãda sunt. Et finita fixa penultimam
habẽtia i ĩ eadẽ syllaba oĩa ꝓducunť. Alias uero uocales habẽtia similẽ regulã sequũť:
ut sedile monile singulare uerbale quæ æqualiter p oẽs casus ꝓducẽda sunt. O lr̃a termi
nata præposita uocali e penultimã corripiũt: ut ganeo labeo aleo: quæ solos habẽt noĩa
tiuos & uocatiuos. Ea uero quę i ante o habẽt similiter corripiũť: sed p cæteros casus ex
cepto uocatiuo ꝓducũť: ut mulio muliõis: quaternio quaterniõis. præposita autẽ qua
libet cõsonãte penultimã ꝓductã seruãt: ut imago imaginis uligo nis: fuligo nis: caligo
nis: dissimilitudo nis magnitudo nis. Quoꝝ alia o i obliqs casibus seruãt: & ꝓducen
da sunt. alia in i cõuertũt & corripienda sunt: ut carbo onis: bubo nis caligo nis altitudo
nis. I lr̃a terminatũ unũ ĩuenit trisyllabũ ĩdeclinabile qđ ĩ penultimo breuiať: ut hic &
hæc & hoc nihil. V lr̃a finitũ unũ ĩueniť: aptotũ ĩ singulari: in plurali declinať: qđ in pe
nultimo liquescit: ut tonitru. Al finita si sint appellatiua i penultĩa ꝓducta sunt: ut ue
ctigal tribunal cõsonãte antecedẽte al excipiť aĩal. barbara aũt ꝓpria breuianť: ut hani
bal lis asdrubal lis: quæ oĩa obliqs casibus ĩ neutro a ꝓductã habẽt: ĩ masculino breuẽ
habẽt. Il syllaba terminata corripiũt ĩ penultimo: ut hic & hæc uigil huius lis: qđ uideť
magis p syncopã ꝓferri & hoc ĩ obliqs penultimã corripit. Ol syllaba terminatũ unũ ĩ
ueniť qđ ĩ penultĩo corripiť ut eliol. Vl syllalla terĩatũ unũ ĩuẽiť ꝓpriũ qđ breuiať: hic
heriul qđ barbaꝝ ẽ. Vm terĩata breuianť ut sophroniũ abrotoniũ dortiũ philortiũ. En
syllaba finita si sint a prima coniugatione uel quarta producẽda sunt: ut soler solamen
munio munimẽ: farcio farcimẽ. Sin autẽ a secũda uel tertia: corripiẽda sunt: ut sedimẽ
regimẽ. pręposita itaq; cõsonãte c corripiẽda sunt ut tubicẽ fidicẽ: excipiť tibicẽ qđ solũ
produciť ut pręeximus. Ar syllaba terminata producunť ad instar supradcõꝝ noĩum
ut torcular lacunar puluinar: notať laquear qđ breuiatur: quæ oĩa ĩ obliqs ꝓducũť: ex
cipiť iubar ris: ĩpar ris quæ ĩ obliqs breuianť teste Virgi. ut iubare exorto: & idẽ nume
ro deus impare gaudet. & ꝓpriis noĩbus arar ris cæsar ris bostar ris. Et syllaba finita si
sint neu. g. ĩ penultima producẽda sunt: ut cadauer papauer: si masculina aut fœminia
sunt corripiuntur: nisi sint positione longa: ut alacer uolucer mediocer: & hæc mulier.
& omnia hæc & similia in obliqs corripiuntur: ut cadauer ris: uolucer uolucris: excepto
mulier mulieris: cætera autem omnia cadaueris papaueris laceris & tuberis itineris sile
ris cineris corripiuntur. In ir syllaba terminata breuianť: ut semiuir: duũuir: triũuir: &

oia in obliquis casibus sub uno accētu ꝓferēda sūt. Or syllaba termiata i uocali præpo sita breuiātur: ut melior doctior: & hæc oia in obliquis ꝓductionem sibi defendūt. Pro pria uero noia corripiēda sūt: ut hector hectoris: nestor nestoris. ꝓducunt appellatiua tā masculini q̄ fœminini generis q̄uis nō hēant i ante or: ut odor odoris: amor ris: uxor ris soror oris: neutra aūt breuiātur ut æquor ris. Notet memor & ab eo cōposita: ut imemor q̄ sūt oīs generis corripiētia o i obliquis. & indecor cuius simplex decor penultīa correpta iuenitur apud uetustissimos: quādo ꝓ decorus ra rum accipitur: & arbor arboris quod ē generis fœminini: & a puero cōposita ut publibor & marcipor. & oia in or desinētia neutra uel græca. & q̄cūq; deriuātur uel cōponunt a primitiuis unū cōis generis quod ꝓducitur: ut hic & hæc auctor. Vr syllaba termiata breuiātur ut hic lepisur: sapisur. & oia in obliqs cāibus breuiātur: sapisur ris: similiter satur ris: hoc iecur hoc guttur: hoc sulphur: iecur iecoris uel iecinoris. As finita ꝓducūtur ut dignitas fœlicitas: & oia a lr̄am seruāt in oi casu ꝓductam i qua terminatione quędā masculina ptim ꝓpria. ptim a noibus ciuitatum translata p syncopā ꝓferūtur: & accētū i ultimo seruāt: quod ē cōtra regulā latinoꝝ ut mœcenas larinas arpinas. sed in uetustissimis libris inueniūtur ꝓferri larinatis: mœcenatis: unde subtracta ti accētus remāsit. Es sylla ba finita breuiātur, ut hercules sonipes alipes miles gurges stipes. Excipit hæres hæredis locupletes locupletis: quæ i obliquis breuiant. Et ē notādum q̄ oia quæ sūt quitæ decliatiōis ꝓducūt in obliquis: quoniā coꝝ penultiæ i nominatiuo corripiūt uocali āte sposita: ut facies faciei: dies diei. cōsonāte aūt āte es posita corripiūt i obliquis ut fides fidei. Præterea unū notat i eadē clausula es finitū: quod non quitę sed tertiæ decliatiōis ē q̄d ꝓducit: ut qes quietis. cætera i obliqs corripiūtur: ut abies paries aries. Is syllaba finita si sint accidētia ꝓducūtur. tamē hæc cōmunia sūt cōis generis: faciētia neutrū in e & ꝓducūtur i obliquis ut hic & hæc suauis & hoc suaue. meorialis spālis. Appellatiua āt quędā sūt ꝓducēda ut securis sinapis lebetis. cætera corripiēda sūt i obliqs quę sūt dissillaba i noiatiuis: ut lapis lapidis iaspis iaspidis. puluis sāguis. uomis uomeris. pollinis excipit ipubis q̄d corripit tā in noiatiuo q̄ in genitiuo. Os sillaba terminata i penultimis ꝓducēda sūt: ut sacerdos doris. lepos leporis: q̄d eloquētē significat nepos. Vs sillaba finita i penultima productionē sibi defēdūt: ut tribunatus: cōsulatus magistratus pricipatus: & oia q̄ a uerbis ueniūt: quæ sūt similia pricipio ut amatus: delectus: stratus lacessitus: cupitus: munitus auditus. Excipit hic situs litus qtus quæ corripiūt: nō solū i simplicitate sed etiā in cōpositione: ut isitus illitus neqtus citus uero licet corripere & ꝓducere: dicimus eni icitus producte & incitus correpte. Cōposita uero ab eo corripiūt ut aditus obitus præteritus: A do quoq; cōposita & a sto corripiūt cōposita: ut datus un de fit iditus: a status ūde istitus: a reo quoq; ratus ūde fit iratus: a spiro quoq; & halo noia ueniētia breuiātur: ut spiritus halitus: ab ambio quoq; fit similiter ābitus sed quoniam pticipiale ē seruat penultimā ꝓductā: sicut ābitus. A rutus quoq; cōposita penultimā corripiūt. ut erutus dirutus: Notandū est autem q̄ hæc quando sunt nomina carent tēporibus: quando participalia tempus cum significatione demostrant: ut amatus sum ab illo. Nomina autem tertiæ declinationis terminantia in us nominatiuum breuiant. quæ a supradictis regulis nō inueniunt ut seruitus fraxinus excipit papyrus q̄d produ citur. ut hęc papyrus huius papyri. Alia autem omnia q̄q̄ non sint longa in nominatiuo in obliquis producuntur: ut seruitus tutis palus paludis: iuuentus iuuentutis. Excipiū

tur hæc quæ corripiũtur: lepus leporis: uenus ueneris ligus liguris: quod ẽ animal. pro-
pria uero uel appellatiua masculini generis siue ex se fœminina faciũt siue ĩ aliud genus
minime trãsformant: si sunt trisyllaba uel tetrasyllaba. ac deinceps habẽtia ĩ corripiũt
terẽtius martius: excipiunt hæc quæ habent a in penultima: uel possessionẽ significant
aut possessoribus deriuãtur: ut terentianus martianus capuanus beneuẽtinus hispãus
placẽtinus taurinus. quę autẽ habent c in ter i & u corripiunt: ut porticus rusticus: gal-
licus rõanicus: excipiũtur quæ habent a: ut tauricãus. Ax syllaba finita breuiãtur: ut p-
tinax contumax & oĩa ĩ obliqs casibus pductam a habent: ut ptinacis contumacis. Ex
syllaba finita breuiãtur: ut artifex aurifex opifex quæ oĩa in obliqs casibus corripiunt
ut opificis aurificis murex muricis sorex soricis. Excipit unũ masculinũ generis. s. uer-
uex qd in obliqs casibus pducit ut ueruex ueruecis qd aĩal est. Ix syllaba finita pducũ
tur: ut bellatrix uenatrix: excipit meretrix genitrix: sed hæc in obliqs corripiũtur: ut ue
natricis genitricis meretricis radicis: Excipiũtur hæc quæ grauãt ut salix salicis calix ca
licis silix silicis. Ox terminata breuiãt ut uelifox atrox celox: sed in obliqs pducũt ut
uelifocis: atrocis celocis. Vx finita syllaba pducunt ut polinurux calinurux polux: Ex
cipit cõiũx gis qd quidã in nominatiuo sine n scribi uolunt: qd in obliqs casibus amittit
ne uerbum putetur. T littera terminata tam in nominatiuo q̃ in obliqs casibus breuiã
tur: & oĩa neutri generis sũt: ut caput capitis: syncipút sincipitis occiput occipitis. Persi
us. Fissa fumosũ sinciput aure: Q uæ in duas cõsonãtes desinũt: si sint lõga positione
aut in cõpositione pducunt: in simplici figura pductionẽ sibi defẽdunt. ut cædens tra
dens clamãs cõclamãs. Cætera uero breuiãt ut omnipotens penipotens audiẽs & hæc
omnia tam longa q̃ correpta in obliqs pducunt: quia seruãt positionem Excipiũt quæ
Aethiopes: libyes ubi finit littore cerne
Oceanum nimio quæ pulsat sole calentem.
Nec longe feruēt blemiorum collibus agri
Hinc fluuii pinguis descendunt flumine nili
Partibus a libycis: qui currens solis ad ortus
Siris ad æthiopum populis cognomine fertur:
Versum cultores nilum dixere syenes:

Hinc currens nilus ad partes flumine pingui
Fertilis ægypti terras fœcundat opimas:
Septeno ferit pellæum gurgite pontum:
Non alius tantum fluuiorum ditat arenas:
Atq; trahens limum complectitur ubere campos:
Hic satis libyen asiæ disterminat oris:
Hæc ortus cernit: uidet austros illa calentes:
Hunc habitant iuxta sapientum corda uirorum
Disposuere uias qui uitæ mente potenti:
Et primi dederant sulcos & semina terris:
Obliquos solis tractantes pectora cursus:
Horum telluris fines nunc carmine dicam
Et formam celebrat quam gloria magna per orbem:
Hæc igitur laus diffusa patescit in aruis
Fertilis & superans alias pinguedine glebæ:
Marginibus laterum formatur at undiq; ternis
Lata quidem boreę sub littore tenditur oris:
Ast ortus angusta petit: summamq; syenem:
Quam celsi media montes utrinque coercent:
Irrigui per quam descendunt flumina nili
Hanc habitant homines multi pariterq; opulenti
Qui ueteris clerçq; colunt sub mœnia thebes
Quam perhibent centum portas habuisse priores
Filius aurorę memnon qua regna tenebat.
Hic sunt & septem mediis in finibus urbes:
Quas celebrat totum discurrens fama per orbem.
Et quicunq; maris uiuunt prope littora uasta.
Qua lacus est ingens liquidæ serbonidis undæ:
Ad cuius zephyrum macetum sunt mœnia regis:
Et pharos in idothees scopuli pallenidis alti.
Post urbs sub casio pellusi uergit ad ortus.
Nauigiis populus duris quam possidet aptus
Non tamen est libyes ponendus finibus iste:
Scilicet æoas nili qui continet oras:
Nili qnem circum floret mirabilis arbor:
Extinguit quæ sitim pomo: cui nomen ad ipsos:
Hæc facies libyes. hic claudit terminus illam:
Sunt tamen hic aliæ gentes: quæ littore summo
Tethyos aut mediis habitant telluris in aruis
Et gratas circum ripas tritonidis undæ:
Hic lapis heliotropius: qui nomine uero
Dicitur conuertit radios nam solis in unda
Si quis eum fusa labris immergat aenis

Sanguineiq; rubens resplendet luce coloris
Purior at soli renitet nudatus ab undis.
I placet europes quoq; me nūc dicere formam
Haud taceā. similis libyæ ē sed uergit ad arct
Finibus & pariter distētis pergit ad ortus os
Linea nanq; asiæ similis disiungit utranq;.
Hæc notias spectat: partes aquilonis at illa
Ast ambas unam si terras esse putemus
Assimulent conum laterum compagibus æquis:
Cuius ad occasus est summum: lata sub ortu:
Sic europa tibi facili dignoscitur arte.
Ad cuius summum prope metas herculis alti
Magnanime gentes dederat quis nomen hiberus
Ad spacium multum terrarum rura colentes
Oceanum boreo contingunt frigore durum
Scrutaturq; decus pulchrum sapientibus auri.
Quos tamen haud maculat præsens: nec deiicit absens
Qua sunt germani bellances: atq; britanni
Saltibus hercynis germania subiacet atrox.
Hæc tergo similis taurino dicitur esse.
E pascit uolucres mirum fulgentibus alis:
Quis ducibus noctu cernuntur flexa uiarum.
Pyrrhenes sequitur mons: post hunc est celtica tellus
Eridani fontis contingens rauca fluenta.
Hic faethonta suum caræ luxere sorores
Hic electra legunt alnis stillantia celtæ.
Sucina quæ memorant mellis uini ue colore.
Quæ paleas rapiunt tractu: frondesq; caducas:
Post hos tyrrheni: quos iuxta solis ab ortu
Incipiunt alpes: quibus exit gurgite uasto
Oceani rumpens glacialis littora rhenus.
Hunc prope consurgit fons istri flumine longo
Qui poscens ortus: euxini peruenit in undas
Irriguam peucen amplexus gurgite quino
Cuius in arctoas est partes barbara tellus.
Innumeras gentes gremio complexa reducto:
Cui finem faciunt mæotidis hostia uastæ.
Hinc sunt germaniq; truces: & sarmata bellax
Atq; getæ: necnon basternæ semina gentis.
Dacorumq; manus & martia pectora alani:
Atq; dromon tauri retinentes fortis achilli.
Angustum & longum mæotidis hostia iuxta.
Hos equites supra celeres funduntur agaui:

Atque melanchænum populus metuendus in arcu
Post hippemologi sunt: hippodesque potentes:
Atque gelonus cum neuris. pictique agathyrsi:
Hic ubi descendit porrecta borysthenis unda
Euxinumq; subit criu prope tracta metopon
E regione iacet locus hic symplegados arcte
Hic sunt aldesti quoque panticapiq; fluenta
Diuidui currunt ripeis montibus ambo
Immiscent qua se ponti glacialibus undis.
Nascitur electrum pręfluens luce nitenti
Mense solet primo qualis splendescere luna
Hos adamanta legunt iuxta fortes agathyrsi.
Tot dirimit gentes aquilonis partibus ister.
Huius ad australes terras gerræq; feroces
Noriciique colunt bellaces pannoniique
Et mysi thracum boreis in finibus orti.
In quorum terris quas ponti perfluit unda
Ignipotens oleo cōmixto gignitur herba
Medica cui nomen cuius compescere flammas
Si quis aqua capiat: plus ignem pascit in illa.
Pulueris hunc iactus potis est extinguere solus.
Thraces arant post hos latissima rura tenentes
Quæ torrens stringit finitque propontidis unda:
Atque hellesponti fauces ægæus: & altus
Nascitur hic scopulus pallene gemma refulgens
Asterium perhibent: stellis certare putatur:
Et flammæ similis splendenti lumine lychnis
Hic ripas istri porrectas undique stringunt.
EVropæ reliquas nunc partus aspice ternas
Phœbeos uergens: q̄bus eminet illa sub ortus
Prima est hispanū: quæ frāgit littora pontū
Altera tyrrhenum quæ pulsat molibus æquor
Tertia quę graios circunflua gurgite pascit.
Sed tamen oceanum contingit hiberica tellus.
Occiduum calpæ: qua sūmam sustinet unam
Herculis e statuis: quam supra diues & alta
Tartessus templique sedent qui collibus imis
Pyrrhenes: cœlum qui tangit uertice summo:
Ast ambas intra tellus iacet ausonidarum
Limite quam recto mediam secat apeninus
Qui mons incipiens boreis ex alpibus altus
In freta sicaniæ porrectas terminat oras:
Hunc urbes circum populi gentesq; frequentant

Quos breuiter retegam nostro tibi carmine cunctos
Tyrrheni primum fortes: iuxtaque pelasgi
Cyllentes quondam propria qui sede relicta
Tyrrhenis socias petierunt nauibus arces.
Hos prope sunt omni superantes laude latini:
Quorum per terram discurrit ī æquore thybris
Regius irriguo dirimit qui gurgite romam
Romam quę genitrix regnum dominatur in orbem:
Post hos pingue solum sequitur campania diues
Hic tibi parthenopes domus est castissima frugum
Fertilis. hanc pontus propriis exceperat undis
Ad noton est longe supra sirenida rupem
Dicentis silari gurges spectabile flumen:
Hunc habitant prope lucani brutiique coloni
Ad leucapetram longissima rura tenentes.
Hinc est ad boream zephyri quæ sūma uocatur:
Sub qua sunt locri celeres: qui tempore prisco
Istuc reginam propriam uenere secuti
Ausoniamque tenent: qua currit flumen halecis.
Mœnia cernuntur metaponti: deinde crotonq;
Quam pulcher gratam præterfluit æsarus urbem.
Vlterius pergens hinc templa lacinia cernens:
Post hæc est sybaris: periit quæ numinis ira
Præponens hominum tumulos cælestibus aris.
Postere qui priscis ausi certamina soli
Samnitis medio complectitur itala tellus
In gremio: marsosq; simul: tunc deinde tarentum
Tangitur æquoribus: quod muniuere lacones.
Continuo calabrę telluris rura sequuntur
Vsque hyrii sūmam: sed tendit iapygis ora:
Qua salis adaiaci trahitur uastissimus æstus:
Atque sinum penetrans aquileium colligit undas.
Alta tegestræon postreme mœnia terræ
Qua sinus ionius finitur gurgite lasso.
Hi sunt ausoniæ populi gentesque potentes.
Flexilis hinc pontus conuertens uergit adortus
Atq; liburnorum terras hyllisq; feroces
Bulimeon pariter pręstringens littora currit:
Et uenit illyrias late porrectus ad arces.
Quas tollunt montes excelsa cacumina sūmas:
Cernitur hic tumulus qui cadmi dicitur esse
Hermionæq; simul: namq; hic serpentibus illi
Corpora post tempus longum mutasse feruntur

In senio: postq̄ patriam thebasq; relinquunt
Hinc illos aliud posuerunt numina mõstrũ
Nanq; duo tumuli concurrunt peste futura
Significat quotiens sæuissima damna colonis.
Hęc regio fontem mirãdæ concipit undæ
Quem merito ueteres dixerunt nomine sacrum:
Nam gelidus superat cunctarum frigus aquarum:
Accensasq; faces si quis prope duxerit undam
Extinguit flammas: recipit sed rursus easdem
Admoueat dextra cum extinctam lampada fonti.
Sed supra tracen: necnon epiron ad austros
principium terræ doctissima græcia sumit
Ascendens multum: geminoq; sub æquore cincta
Aegeo siculoq; mouent qua flumine uenti
Diuerso siculum zephyrus tenet: eurus ad altum
Aegęum: sequitur pelopis post insula lata
Consimilis folio platani: quod muris acuta
Aequiparat caudam: cuius iacet isthmos imago
Hellados ad boream sibimet confinia iungens:
Latior at tellus folium seu flexile circum
Cingitur æquoribus zephyrum tryphyllidis arua
Excipiunt: per quam descendit flumine pulchro.
Alpheus: qui misseni discinditur undis
Eurotæ: terris ambo nascuntur aseis.
Hic tamen eleos: & diuidit ille laconas.
Hic mediis habitant late telluris in aruis
Arcades apidanei sub scopulos erymanthi
Qua melas atq; crathis fluuii qua currit iaon
Tenditur atq; uetus: qua longo gurgite ladon:
Hic merulos perhibẽt albos mirabile dictu.
Hic nasci nilum: qui tacto census ab igni
Extingui nequitur quem grai nomine uero
Albestum memorant: ferri nitet ille colore.
Iuxta est argiuum tellus pariterq; laconum
Ortus argiui uergunt: lacones ad austros.
Aequoribus geminis isthmos pulsatur utrinq;
Hoc ephyren contra est zephyrus: sed uerberat illud
Eurus in immensum quæ mergitur unda profundum:
Nomine quam danai dixere sacronida prisco.
Attica sed tellus post isthmon solis ad ortum est:
Hinc orythyam boreas rapuisse puellam
Traditur. hic illisos: æquis deuoluitur amnis
Boetum sequitur ut finis qua dicitur unda

Esse potestatis diuersæ: nanq; duobus
Fluminibus uertit ueruecum lana colorem:
Hoc fuscat niueas: hoc albat gurgite nigras
Locridis inde solum sequitur regionis: & ora
Tessalis & tellus macetum cum mœnibus altis
Sub cuius scopulos tangentes uertice cœlum
Speluncæ ueteris seruant insignia cladis
Finibus in mediis terrarum nanq; uidentur
Ostrea nutricibus siccata latentibus esse:
Diluuium latebras dederat quod piscibus illas.
Concipit & parit hic naturæ munere gemma:
Quam pæaniten perhibent prægnantibus ista
Auxilium confert facilis releuamine partus.
Cernitur hinc niueas attollens uertice rupes
Aemus threicius: quem contra tenditur agris
Ad zephyrum regio dodones lata feracis:
Ad cuius notias partes sub rupe aracynthi
Aetolę gentes sunt belli laude potentes
Campi quos medios acheloia persecat unda.
Et mare trinacrium perrumpit echinadas intra
Regna cephalenæ prope sunt sapientis ulyxi
Iste galactiten ripis ostendit in altis
Vberibus prodest: necnon infantibus idem:
Et si quis terat hunc: albescit lacte liquescens
Hunc fluuium iuxta pręclaros solis ad ortus
Phocis ad arctoos uentos extenditur ingens
Donec contingat calida hostia thermopylarum
Sub iuga parnasi cephissos gurgite magno
Quam mediam dirimit descendens murmurę uasto
Quam templum phœbi memorabile delphica sedes.
Nunc magno nobis sunt insulæ ore canendæ
Quas homines toto dispersas æquore cernūt.
Est igitur ponto tellus circumflua prima
Cui nomen gladis: statuas hæc herculis inter
A tyriis colitur continusa uocata uetustis.
Continuoq; iacent gymnasię: has paleares
Romani memorant: hinc frangitur æquore busos
Sardonię postq̄ pelago circumflua tellus
Fontibus eliquidis præbet miracula mundo:
Quot sanant ęgros: pandunt damnantq; nefando
Periuros furto: quos tacto flumine cæcant.
Postq̄ non longe cernuntur littora cyrni:
Corsida quam pariter geminato nomine dicunt:

Hanc solam perhibent catochiten gignere terram:
Corporibus lapis hicceu glutinę tectus adhæret.
Nulla tamen tellus latissima robora siluę
Sic habili generat: dehinc rupes æolidarum:
Quas septem numero perhibent cognomine plotas
Quippe uiam ratibus pelago dant undiq; uasto
Trinacriæ post hos moles distenditur ampla
Cardinibus ternis: laterum quam terminat actus
Procurrens pachyno longe castrisq; pelori
Externensq; rates lylibęi cautibus aspris
Eminet ad zephyrū lylibæ: pachynusq; sub ortum
Aspicit ausoniam: boreæq; pelorus ad axes:
Qua mare uix superant haud æquum mille periclis
Angustum rapido quod frangit gurgite saxa.
Traditur hic pelagi diruptas uiribus olim
Excepisse fretum terras cogente ruina.
Plurima sunt istic totum memoranda per orbem
Dianas fons est: camerina gignitur unda:
Quem si quis manibus non castis hauserit unquam
Lętifico tristis non miscet pocula baccho.
Hęc eadem montem mirandam sustinet ætnam:
Vertice qui summo rigida niue temperat ignem.
Nec superant flammæ frigus: nec frigora flammas.
Hic salis acragas miracula possidet unus
Naturas in quo proprias mutare uidetur
Ignis & unda. salem nanq; illum soluere flammæ:
Vnda solet crepitus illis coniuncta mouere.
Hic & halesinus fons est mitissimus undis
Tibia quem extollit cantu saltare putatur
Musicus & ripis læntas excurrere plenis.
Cernitur egregius lapis hic. cui nomen achates:
Hoc derat fluuius cuius generatur ad undas.
Hanc simulachra uides uenis ostendere gemmam.
Aequoris ad siculi quod uastis funditur undis
Ad noton est pontus libyæ sirtisq; uadosa
Maior: at ulterius: si pergas cerne minorem
Occiduam iuxta quam menix insula fulget.
Et cercina simul libyca statione patentes
Hadria quas penetrat: uenias si parte sinistra
Atq; legas calabrum littus: tunc insula magni
Ostendit sese diomedis nomine dicta:
Quo profugus quondam uictor concesserat ille
Coniugis incestæ per fraudes ægialiæ.

Ionium pergens absirtydas æquor ad ortus
Circuit has olim colchi tenuere feroces.
Lassidum frustra medeę furta sequuntur.
Continuo post hasce liburnidas aspicis altas.
Ad notias partes: hinc sæua ceraunia nautis.
Insulæ ambraciæ contra cernuntur in alto.
Et corcyra potens: ithaces atq; aspera tellus
Et quas oblimat riuis acheloius amnis.
Flumine torrenti præcelsam chalcida linquens
Sed multæ amnis hyperboreę sub parte uidentur
Aegylaq;: inde cythera: calabria dura colonis.
Ad radios uergit: sed carpathus: hanc prope certæ
Pinguis & umbrosis extendens collibus iden:
Ante ortus solis perhibent fulgere sole.
Gignitur hic alimos: quam siquis mordeat herbam:
Compescit damnumq; famis: rabiemq; diurnam:
At rhodos ægyptum contra iacet insula diues:
Suniados contra quoq; summum rupis ad ortus
Nubila quam nunquam uerterunt lumine solis:
Nam purus caræ potitur telluris abantas:
Supra sunt selamis: necnon ægyna: sed ortus
Cernentem cyprum pontus pamphylius ambit.
Post hæc sunt ternæ citra patareide summa
Fama chelidonias: celebrat quas nomine terras.
Nec procul est arados phœnices æquora cincta.
Aegæi uero diuersis partibus alti.
Ad fauces arctas multæ sunt insulæ abydi
Confines asię dextræ: europesq; sinistræ.
Ad boream tamen hæ pertendunt ordine longo
Europes macris contingit abantias oram:
Et celsam scyrus peparethus sacraq; lemnos.
Fertilis atq; thasos: simul imbros post corybantum
Mœnibus antiquis samothracia cernitur alta.
Ast asiæ partem: quæ tangunt æquore primam
Delon circundát: has dicunt cycladas esse:
Contimbos: parados: ceu stellas aspicis almas
Ioniasq; simul: quas inter caunus & altæ
Sunt samnus atq; chius celebratę nomine claro:
Aeolicę post: & lesbus tenedusq; sequuntur.
Et sinus inde melas helles prorumpit in æquor
Panditur hic pelagus: tumidaq; propontide feruet
Ad boream: laxisq; uiget proconesus in illa:
Est etiam leuis euxini partibus una

Quam leucen perhibent: aduersa borysthenis annis
Pascit aues quoniam multas candore niuali.
Hic animas perhibēt heroum laude potentes
Degere securas uirtutis munere pulchro.
Cimmerium recta: sed si quis bosporon ibit.
Cernitur hinc dextra uastæ mæotidis unda:
Insula mole grauis trans alopecea lata
Post quam phenagoren: hermonassamq; nepotes:
Egregie quondam coluerunt gentis ionum
Insulæ hæ celebres pelagi sunt nomine claro.
Ast alias refluum circundat tethyos æquor:
Quarum demonstrem positum regionis ad oras:
Aethiopes habitant eritheam pectore iusti
Atlantem iuxta longæui finibus olim
Venit hyperboreius quę gens post facta perempti
Geryonis: domuit quem uirtus herculis ingens:
Sed summam contra sacrum cognomine dicunt:
Quam caput europæ: sunt stanni pondere plenę
Hesperides: populus tenuit quas fortis hiberi
Ast aliæ oceani iuxta boreetidas archas
Sunt geminæ rheniq; britannides hostia cernunt.
Hic etenim lasso perrumpit tethia cursu.
Has tamen haud habeat spacio superare per orbem
Insula perfulget nigro splendore gagates:
Hic lapis ardescens austri perfusus aquarum
Ast oleo perdens flammas: mirabile uisu.
Attritus rapit hic teneras seu succina frondes.
Nec spacio distant nesidum littore longe
In quibus uxores amnitum bacchica sacra
Concelebrant: heredæ foliis tectæq; corymbis:
Oceani tranans hic nauibus æquor apertum
Ad thulen uenies: quę nocte dieq; relucet
Titanis radii: cum curru scandit ad axes
Signiferi boreas succedens lampade partes
Ad nauem pelago flectenti aquilonis ab oris
Ad solem calido referentem lumen ab ortu
Aurea spectetur tibi pinguibus insula glebis.
Hinc trepidos droram conuertens nauis ad austros
Taprobanem ueniet: generat quæ magna elephantes:
Per fines asiæ iacet sub sidere cancri
Littoribus cuius saliunt densissima cetæ:
Quæ pascit uastum mare rubrum montibus æqua
Tenditur horribilis: quorum per terra per armos

Spina ferens cladem: fatumq; sub ore feroci.
Quippe solent pariter nauem sorbere uirosq;
Nam mala tam pelagus q̄ terra merentibus offert
Vlterius pergas si post carmanida summam
Ogyris occurrat: qua dicitur esse sepulchrum
Regis erythei: dederat qui nomine ponto:
Persicus inde sinus penetratur. & icaron offert.
Insula: quę fertur nimium placare dianam.
Tot sunt ingentes quas cingit tethyos unda
Insulæ: ast alię diuersis partibus orbis.
Dispersæ plures fama latuere minores
Auris difficiles nautis uel portubus aptæ
Quarum non facile est mihi promere nomina uersu.
Est asiæ fines amborum linea monstrat.
Et formam contra positarum imagine coni.
Paulatĩ trahitur tamen hęc orientis ad oras:
Oceanus statuas bacchi qua tangere fertur
Finibus indorum postremis gurgite torrens
Qua ganges liquido nysseos irrigat agros
Non tantum & spacio similis telluris apertæ
Scilicet ambabus penetralibus unus in illis
Funditur oceani sinus: & disterminat ambas.
Ast asię gremio triplex mare confugit undis
Hircanum pariter persum simulatq; sabæum
Hæc noton ad boreos hircanum uergit ad axes.
Gurgitis euxini uicinum multa uirorum
Milia: quod circum degunt per littora ponti.
Amborum medius campis discernitur isthmos.
Ast asiam qui mons excelsus diuidit omnem
Incipit a mediis terrę pamphylidis oris
Et longis sese spaciis producit ad indos:
Nunc obliqua means: nunc recto limite currens
Vertice: quem toruo perhibent cognomine taurum.
Cornua nam summus scopulis imitatur acutis:
Multifidusq; suos huc colles spargit & illuc:
Ex hoc innumeri descendunt fontibus amnes
In partes euri zephyri boreæq; uel austri.
Quis memorare queat fluuiorum nomina cuncta:
Non tamen est unum montis cognomen ubiq;
Sed uarii flexus uariantur nomine multo.
Singula sed propriis sunt nomina nota colonis.
Nunc igitur gentes illum populosq; tenentis
Qui celebres memorem: sed fœlix numen adesto

Mæotæ primi tangunt mæotidis undas
Sauromatæq; truces gens aspera martis in armis
Sanguis amazonidum fortis: quos protulit olim.
Sauromatis mixtæ quæ thermodoontæ relicto
Ingentes genuere uiros belloq; potentes
Innumeras habitant qui siluas gurgite uasto:
Inter quas tanais mæotidis intima pulsat
Europen fluuio dirimens asiamq; reflexo:
Europen zephyro: asiam sub partibus ortus
Caucasi exit cuius fons montibus altis
Murmure cum uasto scythiæ per plana refusus
Nunc tamen immenso torrentem flumine uertit
In glaciem boreas horrendo flamine sæuus.
Heu miseros homines habitant qui finibus illis
Aere damnati tristi nimioq; rigore:
Quo pereunt pecudes pariter populiq; uirorum
Ni propere linquant sua rura furentibus euris
Hi tanain habitant fluuium prope sauromatarum
Cui sunt uicini sindi quoq; cimmeriiq;
Post hos cercetii iuxta quos axenus altis
Fluctuat æquoribus: necnon oretæq; feroces
Et qui troianæ post prælia gentis achęi
Ascalpi regis: uictricia signa sequentes
Dispulsi uentis istas uenere sub oras.
Post hos eniochi genuit quos gręcia tellus
Et zygii iuxta uiuunt regione sub una
Intima sed ponti post fines tyndaridarum
Aegypto missi colchi tenuere coloni
Caucasii montis prope collem & caspia ponti
Littora qua celeres descendunt phasides undæ
Circęosq; secant campos: atq; æquora ponti
Nascitur armenii fluuius qui uertice montis:
Ad cuius partes boreas & solis ad ortus
Euxinum dirimens & caspia littora late:
Diffusos spacium per longum panditur isthmos:
Quem xuita terras habitant orientis iberes
Pyrrhenæ quondam: celso qui monte relicto
Huc aduenerunt hyrcanis bella frequentes.
Hic camaritarum gens est carissima baccho
Fluctibus hanc propter persæuit caspius æstus.
Vndiq; quem tereti concludit margine tellus.
Sed mare non ualeat tribus illud mensibus ulla
Scilicet immensum nauis transire profundo.

Non tamen exacuit pars una sub axibus æquor
Qua tractum refugæ miscetur tethyos undæ.
Multa quidem generat uiuis miracula rerum.
Sed tamen egregio cristalli pondere gemmam
Atq; malos lemnes quod pellit munus iaspi
Nocturni manes fugitant: quem mēbra tuentem:
Hoc igitur pelagus: quæ gentes undiq; cingunt
Incipiens numerum primis aquilonis ab oris
Quæ uergūt zephyro: quas caspia littora claudūt:
Primi sunt scythiæ populi saturnia iuxta
Aequora uiuentes hircaniq; hostia ponti
Quos supra gryphes ditissima rura smaragdo
Qualem non alius terrarum possidet orbis:
Atq; aurum sibimet defendunt pondere puro
Omnia: sed duri superans audacia lucri:
Aduersus uolucres heu commouet arma uirorum:
Prælia nam faciunt armaspi griphibus hostes
Hic & cristalli perlucet maxima moles.
Hinc unus sequitur. post fortis caspia proles
Hinc sunt albani bellaces marte feroci:
Vnde canes nati superant genus omne ferarum:
Magnus alexander missum sibi uiderat inde
Victorem barriq; canem: rabidiq; leonis.
Post hos cadusii durissima rura colentes:
Et prope sunt mardi: sequiturq; hircania plebes.
Hinc apyri: per quos mardus deuoluitur amnis
Dercebius bibit hūc præter bactrusq; fluentem
Per quos hircanum currens descendit in æquor
Sed bactri mediis habitant telluris in aruis:
Parnasum late prope montem rura tenentes.
Dercebii uero sub caspia littora uergunt
Post hos massagetæ trans flumen araxis ad ortum
Hospitibus sæui cunctis belloq; feroces
Non bacchi donum cereris nec munera norunt:
Sed lac commixtum potant cum sanguine equino
Hos iuxta boream uergit chorasmia proles
Sugdias hanc sequitur rapidus quam diuidit oxus
Emodum montem: qui linquens caspia rumpit.
Inde sacæ nimium certis gens mira sagittis
Flumen iaxartem iuxta: quibus arua coluntur:
Et tochari phruniq; & plurima milia ferum
Illis nulla boum pecoris nec pascua curæ:
Vestibus utuntur: texunt quas floribus ipsi.

Quos tenuat lectos deserti finibus ipsi.
Ast alia scythiæ gens est externa per aru
Quos prope sunt tristes uentis & frigora terræ
Nanq; niues semper pulsant has grandine mixtæ:
Caspius his populus lustratur pontus & oris.
Aspice post colchos nūc: & post phasidis undas
Occasum uersus populos in littore ponti
Euxini: damus hos usq; ad chalcedonis ora
Bosporus angustat scopulis quæ trachius urgens:
Byzeres primi quos iuxta terra uechirum.
Macrones post hos pariter: phyliresq; sequuntur.
Mossyniq;: domos præbent quis: lignea tecta
Turribus arboreis habitantes unde uocantur.
Hinc pecorum est diues nimirum gens tiharenum
Hanc prope sunt calybes durissima rura colentes
Quos labor exercet sæuus ferriq; metalla.
Vicinos istis campos terrāq; parentem
Assyrii complent populi qua gurgite uasto
Inter amazonidas thermodon martius amnis
Armenium linquens montem descendit in æquor:
Huc asiæ quondam deuenit alumna sinope
Ex qua cognomen cœperunt mœnia clara.
Illius fluuii rigidas prope frigore ripas
Inuenies lapidem cristalli pondere puro
Consimilemq; gelu nec non splendore nitenti
Gemma micans illic perlucet iaspidis albæ
Iris continuo liquidis percurrit in æquor.
Post halis est fluuius boreæ qui currit in ortus:
Atq; carambidis irrumpit prope littora pontum:
Armoniis primas qui montibus accipit undas
Paphagonesq; post hos maryandyniq; sequuntur
Bithyniq; uiri pinguissima rura colentes:
Qua rhebas pulcher gratissima flumina uoluit
Rhebas qui rapidi decurrit ad hostia ponti.
Nam prius exposita scithyę sunt semina gentis.
Nunc asiæ regio contingens littora nobis
Dicatur: partes calidas decurrit ad austri
Atq; hellespontum transit syriæq; recessus
Poscit & arabiam quæ florent ubere terrę.
Sunt chalcedonii primi post hostia ponti
Mœnia bizantis qui cernunt optima contra
Romanisq; pie regnis dominantia mundo.
Bebrycii post hos: & mysia montibus alta:

Qua cius egregia decurrens murmurat unda:
Qua nymphas comitē perhibent rapuisse potentis
Alcidæ puerum tristissima fata gementis
Hinc hellespontum pertenditur angulus ingens
Qua breuior phrygiæ pars est: nam latior intus
Sangarii ripis fluuii uicina rapacis:
Tenditur hæc potius titanis pinguis ad ortus:
Altera ad occasus altæ sub montibus idæ
Altera quæ cecidit præclaro nomine terra:
Ad xanthi liquidas necnon simeontis ad undas:
Post hæc eoliæ tellus prætenditur oræ
Fluctibus ægæi primis quæ tunditur alti.
Inde tenet terras pelagus prope sanguis ionum:
Per quas meander pinguis descendit in æquor
Inter miletum currens: latamq; prienem:
Ad latus istorum boreum sunt mœnia clara
Vrbs ephesus: claudit quam grato littore pontus:
Post has meonię tellus quæ uergit ad ortus:
Et molli colles: fluuius quibus aurifer exit
Pactolus: cuius prope ripa tempore uerno
Si sedeas: dulci capiaris pectora cantu
Cygnorum: pascunt quos herbe flumine circum:
Nam florent asiæ per campos plurima prata:
Sed magis ad fluuium męandri gurgite miti:
Quem iuxta uoluens se: murmurat unda caystri:
Post hos sunt licii: quos xantus diuidit amnis:
Ad mare uergentes qui tauri cornua cernunt:
Vsq; ad pamphylios perhibent quem noīe cragum
Illic aspicies aspendum: mœnia cuius
Eurimedon amnis radit uicina profundo.
Continuoq; iacent aliæ pamphylidis urbes:
Corycus parceq; calens: & celsa phaselis.
Hos supra mediis habitant telluris in aruis.
Ad partes ortus: gens dura lycaonis armis.
Post hos pisidum pinguissima rura coluntur
Termesus: lybre necnon clarissima slege
Gentis amiclææ pulcherrima mœnia quondam
Hinc sinus est longus cilicum: qui uergit ad ortus
Euxini penetrans uicinas æquoris oras.
Hunc asiæ perhibent angustis partibus esse.
Cui tamen immenso fluuii se gurgite miscent
Per longum pyramus spacium pynarusq; uoluti
Flexilis & cydnus dirimit quæ flumine tarson:

Hinc aſiæ cilicum ſunt celſis mœnibus urbes
Lyrneſſus maloſq; ſimul uicina profundo
Atq; ſoli medio terrarum fine locati
Commagena dehinc regio. ſyriæq; ſequuntur
Vrbes diſpoſitæ per longi littora flexus
Nam caſii montis: qua prominet ora per æquor
Vergit in occaſus diffuſis tractibus unda.
Nunc aliquas aſiæ partes tibi carmine pandam
Quadrati lateris qua clauditur undiq; forma
Et ſpaciis campos longis protendit in ortum
Scis etenim memoraſſe tibi: q; collibus altis:
Per totam mediis mons ingens tenditur actu:
Quot fines aſiæ nigros producit ad indos
Hoc eſto laterum boreum tibi: nilus ad oras
Heſperies finit: ſed tethys ſolis ab ortu
Indica concludit: rubrum mare terminat auſtrum.
Aſpice nunc igitur dum finem uerſibus ortus
Peruenio retegens tibi ueris omnia rebus.
Incipiens ſyriæ terris: qua parte reliqui
Quæ pelagus ſupra ſub ſolem uergit ad auſtros:
Vrbibus & multis habitatur nomine priſco.
Quæ caua uulgatur: media quia collibus altis
Aſt humilem libanus claudit protentus in ortum:
Occaſumq; petens caſius: multiſq; uirorum
Incolitur populis locupletibus alma diremptis:
Namq; alii mediis habitant telluris in aruis:
Hoſq; ſyros proprie perhibent: ſed littora iuxta
Phœnices uiuunt ueteri cognomine dicti:
Quos miſit quondã mare rubrũ laudibus auctos
Chaldeo nimium decoratam ſanguine gentem:
Archaniſq; dei celebratam legibus unam:
Quod pelagus primi tentantes nauibus altis
Diſiunctas gentes docuerunt iungere mercem
Et primi ſtellis numeros nomenq; dedere:
Atq; oculis mirum uoces ſentire figuris.
Hi muros iopes: gazam quoq; elaida complent:
Antiquamq; tyrum: beryti & mœnia gratæ:
Vicinamq; mari byblim: ſydonaq; pulchram
Quam iuxta liquido boſtrenus gurgite currit:
Et pinguem tripolim: necnon arthoſida ſacram
Laodicem pariter. poſitam prope littus amœnum
Et poſidi turres: & daphnes optima tempe
Terrarum mediis apameæ mœnia claræ

Ad cuius partes eoas orontes.
Antiochi medius dirimit qui gurgite regna:
Hæc omnis pinguis tellus est ubere læta:
Arboribus pariter. pecoriq3 & commoda uiti:
Ad cuius fines ueniens: quos terminat auster:
Arabii cernes extremi littora ponti
Qui syriam medius disterminat arabiamq3
Et tangit uergens orientem uersus elanos.
Diues arabs post quos latissima possidet arua
Quæ protenta diu cinguntur ab æquore perso
Arabio quæ ferit zephirus quod flamine sæuo
Persica nam flatus æoi littora turbant
Ora: sed hæc austro tendit subiecta per ortus
Fluctibus oceani pulsatur & undiq3 rubri.
Hanc quoq3 describam tenui ratione recensens:
Pascere nam populos fœlices diuite terra
Floribus & uariis miracula præbet odoris.
Nanq3 thyo smyrnaq3 uiget cũ thuris odore
Et casia. necnon & cannæ dulcis odore
Cinnama præterea iocundæ naribus auræ
Fertilis hæc generat tellus auriq3 metalla
Vestibus auratis quare gens utitur illa.
His pueros seruans molochites splendet arenis
Andromadasq3 lapis compescens pectoris iras.
Sed libani montis sunt post decliuia primi
Fœlices opibus nabatæi nomine dicti.
Chablasii post hos atq3 ageres. inde propinquant
Chatramis atq3 sacæ. contra sunt persidis æquor
Minæiq3 maris prope rubri littora uiuunt
Atq3 sabæ post hos: nec non habitant cletabeni
Arabiæ populi celebres hi nomine claro:
Sunt tamen & plures alii: nam maxima tellus:
Trans istam zephyri sub partes degit erembum
Speluncis genus infœlix & rebus egenis
Qui solis radiis nigrescunt corpus adusti
Dispersiq3 dolent lustrantes more ferarum
Non arabis similes opulentis scilicet æqua
Omnibus esse potest nunq̃ fortuna bonorum.
Post libani montis populi sunt solis ad ortus
Alterius syriæ: quæ tendit ad usq3 sinopen
Cappadoces mediis: habitant in finibus huius
Terminus assyrios. sed claudit ponticus ille
Thermodon: pelagi qua pulsat gurgite fluctus

Cuius ab eoo decurrit limite uastis
Vitibus euphrates descendens montibus aspris
Armeniæ longusq; noton pertendit & inde
Ad solem flexus babylonis diuidit urbem:
Littora deinde ruens perrumpit persidis undæ
Extrema fluuii sub parte terredona radens
Huius ad auroram ripis deuoluitur altis
Tigris, aqua superans: quem flumina nulla rapaci:
Sed tantum superat: quantum uix septimus ortus
Conficiat pedibus spacii properantibus ire
Atq; lacu medius thonites intrat & exit
Nec uiolatur aqua: quamuis penetrabilis illa
Ocior atq; uadis emergens cedit amaris:
Hoc tamen omne solum fluuius quod cingit uterq;
Indigne populi pro re dixere medamnem:
Quod medias amnes has terras flumine cingunt
Agricolis pariter pastoribus atq; feracem
Vbere nam lœto florenti semina cuncta
Herbarumq; thoris & gramina læta uirescunt:
Vt uariis rami complentur fructibus alti:
Gens quoq; præfulget claris in laudibus illa:
Nam peperit multos celsa uirtute potentes
Atq; adeo similes: licet hoc mortalibus esse
Armenii iuxta quam sunt aquilonis ad axes
Comminus & fortes quos: sentit mars matieni
Quos prope concludunt euphratem collibus altis
Montes diuitiis pariter belloq; potentes:
Ad partes austri babylon quam mœnibus olim
Mirandis posuit firmisq; semiramis urbem
Cuius in arce domum splendentem fecerat auro:
Quam simul argentum uarie decorauit eburq;
Hoc quoq; pingue solum palmarum diuite silua:
Quod fert berylli munus preciosius auro
Berylli lapidem liquidum glauciq; coloris:
Per loca quæ tendunt asianæ ad mœnia petræ.
At supra babylona uides & flamina uasta
Cissos messabiasq; chalonitasq; feroces:
Armenios montes si liquens ibis ad ortus
Medica noscetur tibi tellus cuius ad axes
Geri sunt mardiq; uiri simul atrapateni
Ad noton inde habitant medorum rura tenentes:
Medea hinc fugiens dederat cognomina terræ
Hinc medi uarios usus nouere ueneni:

Quorum per multas spacium diffunditur oras:
Hæc generat narcissiten oriente sub ipso
Qui lapis est fuscus:complent hanc undiqꝫ siluæ
Inter quas homines pecuaria ditia pascunt.
Caspiadas tangunt portas:qui solis ab ortu
Rupibus hæc celsis asiæ sunt claustra potentis.
Qua uia sub boream duplex:se scindit & austrum:
Hæc regio persas hircanos ducit:at illa:
Sub colles imos habitant:post caspia claustra
Martia gens parthi:telis arcuqꝫ potentes:
Viuere qui spoliis gaudent:raptuqꝫ nefando:
Quæ propter bellis homines uexantur in orbe:
Atqꝫ optata perit multo pax sanguine mundi.
Post hos est persis circundata montibus altis
Assiduis florens regnis & diuite censu
Ex quo perdomuit sydorum mœnia sardis
Cingitur excelsis hæc undiqꝫ collibus omnis
Ad uergens austros post caspia claustra petensqꝫ
Quod proprio pelagus celebrat cognomine lacū
Atqꝫ tripartitis habitatur finibus illa.
Nanqꝫ colunt alii rigide sub partibus arcti
Terras quas medi nemorosis montibus umbrant:
Ast alii mediæ uiuunt regionis in aruis
Littora postremi tangunt australia persæ
Prima parte sabæ:mediisqꝫ pasargada:post hunc
Tascorum telis habitat gens fortis & arcu.
Quinqꝫ tenent populi diuisos persidis agros:
Amnibus hæc multis recreatur & ubere pingui:
Hinc choros immensus profunditur.inde choaspes
Fonte cadens indo:qui stringit gurgite fusa
In cuius ripis præclarus fulget achates
Pondere consimilis uoluit quos unda cylindris
Fertilis hæc tellus fœcundis pascitur auris:
Nam uentis semper florescunt rura fecundis:
Hæc eadem gemmis nimium decoratur honestis
Quarum quis uarias uires:quis nomina dicat:
Tecolythum memorem iusto cognomine dictum
Qui lapides rhenum tritus potusqꝫ resoluit:
Miritenenqꝫ bonum nardi cum reddat odorem:
Hic est actites sonitum cui spiritus addit
Archanum crepitans prægnantibus utilis esset
Necnon pyrites digito qui strictus adurit
Geminaqꝫ quæ radios emittit candida solis

Atq; silenites lunaris imagine lucis.
Quod decus & minuit proprii splendoris & auget:
Respice nunc reliquas asiæ sub finibus oras.
Persidis ad pontum carmani solis ab ortu
Littora pars habitant: mediæ pars limina terrę:
Gedrosi post hos tendunt orientis ad ignem
Oceanum iuxta radiis proprioribus usq;
Et scithiæ tellus australis flumen ad indum:
Qui ponto rapidus rubro contrarius exit.
Gurgite nam celeri rectus decurrit ad austrum:
Caucasis oriens primum de montibus altis:
Diuidua cuius patalanæ cingitur unda
Separat innumeras & uasto gurgite gentes:
Ad partes rapidi qua uergunt lumina solis
Oritas aribasq; simul liniq; arachotas
Vtentes leuis: & satraidas simul omnes
Pampanii montis sub celsa rupe arienos
Nomine communi: qui terras ubere nullo
Florentes habitant: squallent nam sentibus aspris
Coralii lapidem: qui rubrum littore carpunt.
Saphiriiq; decus nigri: flauiiq; coloris
Saxorum cædunt uenis ac merce beati
In quorum terras hinc tethios æquora claudunt
Quas primo titan ascendens lumine cernit
Vnde color populis niger est flagrantibus ortus
Atq; gerunt similis hyacintho fronte capillos.
Effodiunt alii terras: auriq; metallum.
Ast alii texunt tenuissima tegmina lini:
Vel dentes stringunt elephantis ab ore reuulsos:
Scrutantur ripis alii torrentibus imbri:
Berylli gemmas glauci: nitidum p adamanta:
Atque aura uiridi legitur: quæ splendet iaspis:
Coraliiq; decus liquidi: gratiq; topazi
Purpureoq; amethysos in est suffusa colore.
Diuitias magnas sic tellus illa ministrat:
Assiduis rigant hanc totam fontibus amnes
Arboribus quæ uiget uariis milioq; sequenti:
Et precio rubræ perfloret arundinis illa:
Hinc alii superant procero corpore tantum
Insiliant equitum faciles ut more elephantis
Ast alii uiuunt sapienti pectore nudi
Luminibusq; uident rectis mirabile solem
Et radios oculis & sacra mente retractant

Signaq; concipiunt archana luce futuri:
Psitacus hic uiridi decoratus torque rubenti
Nascitur: humanæ simulat qui uerbera linguæ.
Nunc age te fluuios montes formamq; docebo:
Ipsius terræ populus gentesq; beatas
Marginibus ternis tellus hæc clauditur omnis
Obliquatq; latus per cunctas linea partes.
Hesperios fines immanis terminat indus:
Ad notios pelagus concludit gurgite rubrum:
Sed gentes ortus & caucasus excipit arctum.
Hanc homines habitant multi ditesq; colendam
Nominibus uariis discreti: & finibus amplis:
Dardanii ripas contingunt fluminis indi
Hic ubi præcipitem scopuli fundunt acesinem
Huncq; capax classis uenientem uoluit hydaspes
Tertius hos sequitur splendenti gurgite cophes:
Toxilus inter quos habitat cum gente fabarum.
Hinc scodri post hos sunt: peucaneiq; feroces.
Gangaridæq; truces: auri qua pondus onustum
Deuoluens: hispanisq; trahit: rapidusq; megarus
Quos capit emodo missos gangetica monte
Tellus porrigitur quæ ad terræ calidis austros
Oceani tangens pelagus sub collibus altis
Quos uolucres metuunt celeri contingere penna
Vnde locis graii posuerunt nomen aoi nin
Hic uia quæ celebrat nomen dionysia bacchi
Cui statuas dederat uictoria finibus illis
Hic tylos est superans uastæ miracula terræ
Insula nanq; uiret cunctis in partibus anni
Nec foliis nudat ramos autumnus in illa.
Assidueq; tenet flores genus arboris omne.
Hic adamas fulget lymphantia pectora sanans
Et prohibens miseris occulti damna ueneni:
Quem minime ualeat ferrum superare nec ignis
Frangitur hircino maceratus sanguine tantum:
Sed tepido fractis multis incudibus ante
Ad motum rethrait defendens robore miro
Hic lignis lucem simulat splendore lucernæ
Hinc meruit nomen præclaro nomine dignum
Tot sunt per terras uulgatæ nomine gentes:
Nam reliquas quæ mens ualeat mortalis in orbem
Dispersas: numerare tibi sine numine magno?
Quod bene disposuit terras: pontiq; profundum

Syderibus uariis decorans cæleſtia templa:
Et multis recreans uariiſq; coloribus arua
Munera per populos tribuens diuerſa uirorum
Sed uos terrarum tractus gaudete per æuum:
Et quæcunq; mari circundatur inſula uaſto:
Oceanuſq; ſimul: necnon penetrabilis unda:
Quam gremio tellus ſinuoſo ſuſcipit alma:
Et fluuii: monteſq; lacus: quos continet orbis:
Nam pelagi partes percurri carmine uaſtas:
Et terre pariter regiones finibus amplis:
Omnipotens pro quo genitor mihi præmia donet.

FINIS.

Ad laudem omnipotentis dei.

Habes in hoc uolumine lector candidiſſime Priſciani grammatici opus illud diuinum De octo partibus orationis. Cum diſertiſſimi uiri ac Philoſophi ſolertiſſimi Ioannis de Aingre elegantiſſima i eum expoſitione. De conſtructione. De duodecim carminibus. De accētibus. De numeris: & ponderibuſ & mēſuris. De præexercitamētis rethorices ex Hermogene trāſlationem. De comicoꝝ uerſuum ratione opuſculum: cum quo & non nulla ex cōmentariis Ruffini ad eandem materiam pertinentia. De declinationibus præterea nominum: pronominum: ac uerborum inuenies libellum. Poſtremo leges in fine uoluminis opus de ſitu orbis: non inculto carmine ſcriptum per eūdem Priſcianum ex Dionuſyo tranſlatum. Quæ omnia ſummo ſtudio: & ingenti cura emendauit: recognouitq; Benedictus Brugnolus Veronenſis uir latina: & græca lingua eruditiſſimus. Hæc poſtmodū Georgius Arriuabenus mantuanus accurate diligenterq; imprimeř adnixus eſt. Idq; Deo maximo bene iuuāte effecit. Venetiis Anno. Mccccl xxxviii. pridie nonaſ decēbris. Quiſqs es igitur lector: ſi modo latinæ linguæ: imo latinæ & græcę: ac liberaliū diſciplinaꝝ ſtudioſus es: Spero te datuꝝ operam: ut hæc apud te habeas: quod ut facias te etiam atq; etiam hortamur. Vale.

Registrum huius operis.

a
Prima uacat
Cum omnis
toribus ele
neralibus om

b
uel liquidæ
ostenditur in
sonans esse
ris Nam

c
noīatiui mu
uideatur οὐ.
c. ecquid p̄
cedente quæ

d
Syllaba ē
media dictio
apud latinos
ἀρἰοβαρζανισ

e
nus: sub
cant: ut Pla
seruus. Nam
bini terni

f
Non solum
marmore uer
enim apud
nus: ana

g
Et sciendū
ma quæ
tionem signi.
ctile opus

h
go uerbo
tium poma
apiaster: olea
inueniunt de

i
mōstratio. &
noīa elemēto
abraamus
Quid tu es

k
nem quantita
quid cadat
sonas signifi.
Figura quoq;

l
uicti sunt
terea mutæ
uis leporis
ptor. De

m
randum q̄
blipor blipo.
uel a seden.
didis: mitri

n
nitiuum: a
nos quoq;
Terminales
gnea. Virgili.

o
nifestum ē
tyburs tybur
primum: ut
sul & o

p
uo. Discessu
Aggredior sā
nes casus
Desinit liber

q
quæ uident
quæ potui
sæ idest mi
adiunxi: ple

r
de tempore
Tempus acci
iperare ut
sic & per

s
te significa
scitur futurū
per pectus
quinq; indica

t
ex participiis
tionem sed
inficiebam: fa
cere quod

u
& secūda uer
quentes quasi
Vnde non
ei diphthon

x
quædam in
ctus uero
tum ire:

y
parte. d. I.
fieri solent
cōiuga. una
ro i ante cio

z
stis posuit
uero omnia
antecedēte si
uent ubiq;

&
te penultimā
Ergo Roma
ad hoc. i.
ticipiuū me.

ɔ
ut diximus
και ο πᾶλιτἠσ
in o terminan
tamen etiam

ꝝ
causa primæ
intrīsecus pos
demus: hoc
sunt personæ

aa
nantem: ut
stratiuis pno
in plurali pri
habere exige.

bb
in i & æ
O non esse
Male igitur
uim uerbi

cc
bo dicere
xit: Vnde
ad uniuersaꝝ
demōstratiua

dd
tione semper
significa. ad.
bro obambu
& a cis quidē

ee
in compositi
Ire neq; ad ter
id corripuisse
in aduerbia

ff
est: ut
bus accipere
supradictis q̄

A
Quoniā in
ctiones est
ro discretiue.
ue fiunt

B
nimirum
guntur:
tiuum exigūt
mine suffici

C
Diuersa tem.
faciam: si
tu legis: di
to. Alias

D
nationibus:
ἀδακρυτοσ
rit neminem
tiue dicuntur

E
men frequen.
rem. Isocra
τουτοισ κατ'
αυτην

F
liga. Atq;
Explicit Li.
habent. di.
iunctiōi. ma.

G
teneor præte.
præsenti: nul
cta per sin
pari oratio.

H
duo ut flexi
unus simili.
omnia in ob
calis ipsa

I
uerisi. si
Refuta. a
Simili. ar
Legis quo

K
Facesс cape
Deambi.
idē sentit
Terentia.

L
Priscia. In
Intra sar.
Hos pelli
Sanguiei

M
Nō tamē
Qua cuius
Ad cuius

Laus deo
AMEN

18


Tente von der Multren. 7 107

5t


Pipi

No 186

5




BIBLIOTHÈQUE DE Mr JULES DU MOULIN.




colorchecker CLASSIC
x·rite
mm